

CHRISTI FORTUNANTE GRATIA!
DISCURSUS PHYSICO-MEDICUS

DE
GEMELLIS ET
PARTU NUME-
ROSIORE,

Quem
Annuente Gratiofo Medicorum

Ordine in celeberrima Philureâ

Moderatore

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo,

Experientissimo

D. GODOFREDO WELSCHIO,

Phil. & Med. Doctore, Patholog. P. P. Facult. Med. Seniore,

Colleg. Maj. Princip. Collegiato, Academiae Decem-Viro,

Reipubl. Lipsiensis Physico Ordinario,

Dno. Praeceptore ac Promotore suo submisse

venerando

Publicae Symmystarum ventilationi sistet

CHRISTIAN-FRIEDERIC⁹ Garmann/

Martisb. Art. Med. Baccalaureus,

Ad diem 14. Junij Anni M. DC. LXVII.

H. L. Q. C.

L I P S I A E,

Typis Viduae HENNINGI CQLERI.



Christi Fortunante Gratiâ!

Præloquium



Quod Gemellorum matribus horrorem incutit,

Dum faciunt uteri pondera lenta moram. a)

Laboris nempe difficultas, idem & nos absterre-
re posset, quò minùs partùs numero si geniùm ex-
cutere nostrum allaboraret ingenium. Laborem
nemo non sibi exiù spondere poterit, qvi materiæ hujus difficul-
tatem, Doctorumq; circa hanc divortia ingenii nostri è diametro
opponet tenuitati. Cum verò labori nihil sit in vium; industriæ no-
stræ hac in palæstrâ tentabimus facultatem. Umbram saltim da-
bimus, si corpus non licebit; punctum delineabimus, si perfe-
ctum circulum sistere nostrarum non erit virium. Ut verò à
parituris olim Lucinæ & Dianæ [verba Tertulliani b) adoptamus]
ejulabatur; ita nos summi rerum Architecti sollicitamus suppe-
tias, quò difficiles [nostra facimus, quæ Arnobius c) habet] laboris
tricas mulceat, corripiatq;.

a) Propert.
l. 4, Eleg. 1.

b) l. de anim.

c) l. 3. adv.
gent.

CAPUT I.

*Nominis Evolutio. Gemelli quid? Exempla Partùs nume-
rosioris.*

S. 1.

Non eò nostra collimabit curiositas, ut nominum ortum
curiosè eruderemus. Parùm hæc ad nostrum institutum.
Splendidus hic in Arte nostrâ nugandi modus vocatur *Boyleo*,
d) *Deusingio* e) verò ignorantia condimentum. Inde industriam
hanc ridet, Medicoq; indignam proclamat *Paracelsus*, f)

a) p. 4. Chym.
mist, Scept.
p. 122.

e) in Elegant.
Philol. p. 326

f) Tract. La-
byrinth.
Med. c. 112

A 2

S. 2.



§. 2. Eris saltem, confusionis parens, Homonymiæ ablati-
 one placanda. Habet & Zodiacus suos Geminos, Brutorum ge-
 minato partui id nominis tribuit *Virgilius*. g) Frequentius
 verò foetum gemellum humanum exprimit. Priorem excutiant
 Astronomiæ conditores; altera hîc considerationem merebitur,
 quatenus humano partui gemella, tertiæ autem evolutioni totus
 labor hic noster immolabitur.

§. 3. Grajis *didymoi* vocantur, quæ vox in forô Medicô de-
 notat testium glandulas, quia ut plurimum bini in corpore hu-
 mano reperiuntur, inde & gemelli *Parisano*. h) Dixi ut plurimû.
 Notum siquidem est è *Borello* i) quosdam unum, ex aliis k) quos-
 dam tres obtinuisse testiculos. Et hæc causa est, cur corpora vari-
 cosa testibus incumbentiâ *Προδιδυμίων* titulum acceperint.
 Natibus Cerebri pariter & hoc nomē tribui *Castellus* annotavit. l)

§. 4. Nobis hoc locô Gemelli sunt conceptus in uterô ge-
 minatus, speciei humanæ conformis, separatus, quorum uterq;
 peculiaribus involucris, peculiariq; placenta gaudet, à spiritu
 mechanicorum seminis proprietate, & materiæ aptitudine de-
 pendent, quique uno aut saltem mox iterato congressu fit, & uni-
 co partu, quamvis successivè excluditur.

§. 5. Exulet hîc rigor Logicus. Dedimus, fatemur, talem,
 qualem ipsa vox Gemellorum concessit, descriptionem. Col-
 lectivum quid est, ita loqui liceat, idcirco cum in Prædicamenti
 alicujus schemate locum vix inveniat, & accuratæ definitionis
 defraudatur beneficio. Diximus autem conceptum gemina-
 tum, ut hac ratione à partu numerosiore distinguerentur Ge-
 melli. Speciei humanæ conformem, ne molæ forsan duplices,
 quæ exemplum recitat *Albertum Magnus*, m) aut ova illa duo,
 quæ Anno 1639. Anna quædam Armundi filia, uxor Gerbrandi
 Erlandsonii Norwegiæ incola peperit, n) aut duo pisciculi, sine
 squamis à muliere editi, qui simul ac ex uterô prodissent, in a-
 quis vicinis aliorum piscium more natabant, o) Geminorum
 sumerent nomen, aut mola unâ cum foetu exclusa, p) aut mon-
 strum aliquod Harpa dictum, quod vitium Apuliæ incolas in-
 festat, q) aut illud in Belgio cum foetu conjunctum, quod *Sugers*
 appellant, r) Avem vivam, implumem, sanguisugis Belgicis non
 abfi-

g) Ecl. 1.
 h) l. 1. Nob.
 Exerc. de
 subt. 3. c. 2.
 p. 13.
 i) Cent. 2.
 Observ. Med
 60. p. 157.
 k) Cæl. Rhod
 l. 17. ant.
 Lect. c. 12. &
 l. 24. c. 4.
 Fernel. l. 1.
 Pathol. c. 8.
 Villichius
 l. 1. Anat. c. 19
 l) Lex. Med.
 tit. Glutia.
 p. 238.
 m) l. 18. Hist.
 Anim. c. 16.
 n) Thom. Bar-
 tholin. Cent.
 1. Hist. 4. p. 13.
 o) Idem ibid.
 Hist. 10 p. 23.
 p) v. Hist. ap.
 Forest. l. 28.
 Obs. Med.
 63. p. 729.
 q) Alex. Be-
 ned. l. 25. de
 Cogn. & Cur
 morb. c. 36.
 p. m. 996.
 Vives l. de
 anim. c. 3. Ri-
 verius Cent.
 2. Obs. Med.
 100.
 r) Lemn. l. 1.
 de occult.
 Nat. mirac.
 c. 8. Schenk.
 l. 4. Observ.
 M. 230. p. 589

ablim
 rum v
 Harp
 minit
 linqv
 hom
 Felix
 ferre
 Tulpi
 capite
 spicua
 Dn. D
 mello
 veteru
 tiones
 tes ge
 detur
 noldo
 fit, tan
 mular
 Vitula
 1663. r
 Leutsc
 niâ m
 lam g
 dicti :
 septim
 strific
 teger
 eas a
 umbil
 Senne
 teri si
 non e
 ces ag
 p. m. 9

abfimilem unā cum foetu exclusit Comitissa à Mansfeld, (N) par-
 tum verò caninum humano junctum depinxit *Aldrovandus*. t)
 Harpæ mirabilis pariter antè foetum masculinum exclusæ me-
 minit *Gregorius Horstius*, u) quæ paulò post insignem post se re-
 linquens foetorem evanuit. Addidimus insimul separatim, ne
 homines connatos, quorum historias & icones communicant
Felix Platerus, x) *Paulus Zachias*, y) *Th. Bartholin*. z) huc nos re-
 ferre censeas. Multò minùs monstrabicipitia, qualia delinearunt
Tulpius, a) *Th. Bartholin*. b) *Borellus*, c) aut ea, quæ unico quidem
 capite & truncò, quatuor tamen brachiis, totidemq; cruribus con-
 spicua, quæ superiori annò in Hassiâ natam descripsit *Excell.*
Dn. D. Heiland. d) Omnium minime verò foetus prægnantes Ge-
 mellorum titulum merentur. Et tales quidem dari interdum,
 veterum svadet autoritas, modernorum confirmant observa-
 tiones. In terræ Persicæ parte quadam mures foetus prægnan-
 tes gestare uterò notavit *Aristoteles*, e) quòd non impossibile vi-
 detur *Deusingio*, f) & quamvis hic gravi notetur obelo ab *Ar-*
noldo Sengverdio, g) quòd mentem Aristotelis non rectè affecutus
 sit, tamen gemella profant exempla. Equam in Hispaniâ aliâ
 mulam mulâ gravidam partu edidisse *Nirenbergius* autor est. h)
 Vitulam aliâ vitulâ prægnantem in Hungariâ superiori anno
 1663. natam scripsit ad Sachsum i) *Daniel Spiegelbergerus* Physicus
 Leutschoviensis. Embryonem embryone prægnantem in Da-
 niâ mulierem peperisse, retulit *Th. Bartholin*. k) Inauditum, mo-
 lam gravidam extitisse, sed en! accipe historiam *Alex. dri Bene-*
dicti: l) Vidimus, refert, nobilem Venetam Dionoram Georgiam
 septimo mense, quò partum gestaverat, Polypum peperisse mon-
 strificum, quem nos dissecuimus, in medio masculinus foetus in-
 teger repertus est: quem monstrum illud in sese genitum inter
 eas angustias accrescere non patiebatur, annexus tamen erat
 umbilicus Polypo. Id autem procul dubio factum, judicante
Sennerto, m) quòd antequam foetus conciperetur, mola jam u-
 teri sinum occupavit, & propterea foetus radicationi locus datus
 non est: itaq; in substratâ molâ carneâ & sanguine plenâ radi-
 ces agere necesse habuit. Quid ergò miramur ovum ovò gra-

Phil. Salo-
 muth. Cento-
 r. Obs. 61
 Hist. Mon-
 str. c. 2. p. 366.
 Epist. Med.
 Sect. 2. p. 412.
 l. 3. Observ.
 Med. p. 550.
 l. 7. Quæst.
 Med. Legal.
 Tit. 1. quæst. 9.
 c. 1. Obs. 66
 l. 3. Observ.
 Med. c. 37.
 & c. 38.
 Cent. 2.
 Hist. 55.
 Cent. 2.
 Obs. 57.
 Disquis.
 Med. de
 Monst. Hass.
 c. 1. p. 6. adde
 Scal. Exerc.
 288. p. 859.
 Aldrovand.
 c. 1. c. 3. p. 404.
 & c. 11. p. 608.
 l. 6. hist. An-
 nim. c. 37.
 Vind. Foet.
 extrauterum
 genit. Sect. 1.
 p. 35.
 in Epist. ad
 Thom. Barth.
 Tract. de in-
 solitis partus
 viis p. 133.
 l. 5. hist.
 Nat. c. 19. p.
 87.

vidum,
 i) Epist. ad J. D. M. p. 56. k) Cent. 6. Observ. hist. 100. l) c. 1. c. 29.
 p. m. 987. m) l. 4. Medic. Pract. part. II. Sect. 4. c. 9. p. 337.

7



n) l. 3. Musæi vidum, quæle viderunt *Olaus Wormius* n) *Th. Bartholinus*? o) Cur
c. 21. p. 311. stupemus ad conspectum pomii communis prægnantis, de quo
o) c. l. c. 16. *Döringius*? p) Quare attoniti historiam Limonii prægnantis legi-
p. 121. mus apud *Daldium*, q) *Harvenum*, r) *Th. Bartholin.* s) & *Deusin-*
p) ap. *Sach-* gium? t) Si natura in animalibus ab his miraculis non feriatur,
stum l. 1. Gam cur in ovis & vegetabilibus ejus in dubium vocarem facultatem?
marolog. c. 8. Fæteor quidem, latent nos hujus rei causæ, sed in his casibus à
p. 144. nostrâ ignorantia argumentum deductum rei impossibilitatem
q) *Cista Med.* minimè evincit.
Hornungian.

Ep. 245. §. 6. Ut tandem partum gemellum à superfætatione distin-
g) *Exercit. 11.* gveremus, Gemellorum conceptum uno aut saltem mox iterato
de *Generat.* congressu fieri, eosque unico partu, quamvis successivè excludi
Anim. p. 86. posuimus. Superfætatio namque fit aliquando post aliquot
f) *In Epist. ad* septimanarum decursum, prius factâ conceptione, inde si duos
Sachf. foetus hoc modo utero gestat gravida, impropriè Gemini dicun-
t) c. 1. *Sect. 1.* tur, quia nec uno coitu concepti, nec uno instante partus terminò
p. 37. lucem haurire gestiunt. Refert *Paulus Pereda*, u) *Valentia* ux-
u) *In Not. ad* orem cujusdam *Doctoris* post quatuor menses ab obitu viri filium
l. 1. de *Curat.* peperisse, & deinde nonò mense alterum. Simile recitat *Har-*
morb. c. 55. *Joh. Mich.* *Paschalii.* *ven:* x) *Famula* quædam ab hero suo compressa, ut culpam te-
x) *Exerc. de* geret, *Londinum* advolat mense Septembri, ubi clanculum pepe-
partu p. 498. rit, & firmatâ valetudine domum reversa est. Decembri a. sequen-
te novò partu (nam superfætaverat) occultatum antea crimen
divulgavit. Interim non impossibile videtur, etiam à factâ super-
fætatione utrumque conceptum unò eodemque tempore lucem
videre posse, quamvis unus altero prior tempore exiterit. Ita
factâ conceptione post menses duos Superfætatio si accidat, uter-
que foetus sanus valensque dias prodire in auras poterit, si prior
novem menses posterior v. septem in utero morari non abnuat.

y) *In Am-* Collimant huc illa *Mercurii* apud *Plautum* de *Alcumenâ* verba: y)
phit. Act. 1
sc. 2.

Hodiè illa pariet filios geminos duos,

Alter decimo post mense nascetur puer,

Quàm seminatus, alter mense septimo.

Eorum Amphitræonis alter est, alter Jovis.

§. 7. Dilucidatâ sic ex parte Definitione Gemellorum, ad
partum numerosiorem transimus. Ubi in antecessum notamus
e) *Thomâ*

è Thomà Bartholinò, 2) partum duo notare, (a.) Foetum ipsum, nec 2) de insolitis
 dum editum, exclusioni tamen paratum, five vivum, five mor- partus viis
 tuum, (b) ipsum puerperium, seu pariendi actum. Utraque ac- C. 2. p. 126.
 ceptio nostro servit instituto, quatenus hic illum insequitur. Par-
 tus autem numerosior est, cujus numerus binarium excedit. Non
 igitur nobis cum molis numerosis res est, quarum historiam re-
 censent *Marcellus Donatus a) & Nicolus. b)* Næ cum partu nu- 2) I. 4. Hist.
 merofo brutorum, qui utique sæpè talis, ut in admirationem ani- Med. mirab.
 mum rapiat nostrum. Exemplo id firmat murium Archi-Phi- c. 15.
 losophus, c) dum musculis numero centum & viginti unam tan- b) Serm. 6:
 tum contigisse matrem prodidit. Nec huc referendus partus il- Tract. 3. c. 20.
 le quinqve murium à *Salmutho* in fœminâ observatus. d) Solus c) 6. Hist. A-
 humanus est, quod & antè monuimus, quem nostra indigitat cre- nim. c. 37. ad-
 na, inde & hujus aliquot recensebimus historias. Tres foetus Wit- de Plin. l. 10.
 tebergæ exclusos vidit *Sperling. e)* & nos in patriâ nostrâ idem con- c. 65.
 tigisse recordamur. Nonnunquam quatuor, f) nonnunquam d) Cent. 3.
 quinqve g) aliquando sex & septem, h) aliquando octo foetus i) Obs. 62.
 simul gestati & exclusi, ut observationes referunt. Comitissam e) Cap. 4. de
Qverfurtensem novem infantulos unò partu edidisse in historiis Form. Hom.
 est. Abortum quindecim *Albucafis. k)* & viginti duorum foetuum in uter. quæst.
Albertus Magnus promulgavit. Anno 1270. die 20. Jan. in Cra- 4. p. 83.
 coviensi regione honesta quædam Matrona *Margarita* triginta f) *Borellus*
 sex puerorum vivorum mater dicitur facta à *Cromero l.)* Septua- Cent. 2. Obs.
 ginta abortus aliam rejecisse, aliam pariter centum & quinqva- 44. p. 143.
 ginta minimos Embryones enixam, multi referunt, inter quos adde Plin. l. 7
Forestus. m) credunt pauci. Sed age prodigiosa magis recensebi- hist. nat. c. 3.
 mus, quæ præterquam quòd humanam fidem superant, terrorem g) *Gell. l. 10.*
 insuper faciunt. n) Comitissa *Margarita*, Florentii Comitris Hol- c. 2. & *Scip.*
 landiæ filia, Anno 1278. ætatis suæ quadragesimo secundo, in ipso Merc. la
 die Parasceves peperit 364. partim mares, partim fœminas, mari- commare
 tus *Iohannis*, fœmellis *Elisabethæ* nomen fuit impositum, prout part. l. r. c. 14
 testatur inscriptio, quæ in extructo marmore in quodam monia- b) *Albucafis. l.*
 tum Cœnobio legitur, & à *Salmuthò* recensetur. o) Relatio hæc 2. Chir. c. 76.
 superstitiosa dicitur *Foresto. p)* incerta *Vossio q)* suspecta *Scharto. r)* 2) *Borellus c. l.*
 um, ad hanc 1. 8. Genean- k) c. 1. l. 1.
 rop. Tract. 2. c. 2. p. 560. o) In Novis repettis. Tit. 10. p) c. l. q) l. 3. de h) l. 9. de O-
 dololatr. p. 835. r) l. 3. Phyl. Curios. c. 29. §. 2. p. 555. rig. & Gest. Polon. m) l. 28. Obs. Med. p. 743. n) *Sinibald.*



Hanc tamen ut salvet, septem tantum fuisse foetus, non 364. quot nempe in anno dies singulis septimanis recurrentes monuit *Th. v. Thom. Barthol. olim Salmasius. s) Aventinus t) tradit*, Mechtildim Comitis- sam ab Hennebergk sub Friederico II. Imperatore 1514. pueros simul genuisse, qui in malluviò ab Ottone Trajectensi Episcopo Avunculo ejus sacra aqua lustrati fuerunt. Sed fidem vix meretur hæc relatio, & mendum quoddam subesse quivis subodorabit, cum primis quia *Cuspinianus* huic narrationi contrarius foetuum numerum ad 350. restringit. Inde exclamat *Sinibaldus*: u) Heu prodigia! abstineamus amabo; nam portenta hujusmodi vix fidem inveniunt. Quod si tamen veritatem Historicorum consensus statuminaret, hos partus potius miraculosos, quam naturales cum *Parisano x) & Magnif. Dn. Preside y) Preceptore & Pro- motore nostro submisit colendo*, reputamus.

v. Thom. Barthol. c. l. c. 19. s. 6. p. 182.
 l. 7. Annal.
 c. l. p. 861.
 Tr. par. & sanius Iudic. de sem. à toto proventu p. 655.
 in Not. ad Scip. Marc. p. 162.

CAPUT II.

Veterum sententia de foetus Principiis. In semine duo. Admittitur & femininum. Sanguis non est Principium. Semen & Efficiens, & Materia. Partium Delineatio. Membrana & Humores foetum cingentes. Foetus nutritio.

l. de Fermentat. c. 18. p. 217.
 l. 1. Instit. Med. c. 10. p. 78.
 lib. de Nat. pueri.
 v. Arist. l. 4. de Gen. Anim. c. 1.
 Exercit. 65. p. 424.

Hæsimus hætenus in vestibulo, jam ut propius accedamus fanum ipsum, ordinis ratio postulat. Sed proh! quæ difficultates in primo statim limine se nobis objiciunt, quot sententiarum divortia! Multi multa hoc de negotio literis mandarunt, quæ si accuratè trutinas, rem tantum, quomodo fieri possit, non quomodo fiat, declarant. Verè *Schookius*: z) recondita magis sunt hæc mysteria, quam olim Eleusinia, atque uni Deo patent. Vetus est sententia, duo dari foetus principia, Semen Maris & Fœminæ, & sanguinem maternum. Semen quidem Efficientis & Materiæ rationem habere, sanguinem verò Materiæ tantum vice fungi, ut pluribus *Sennertus a)* declaravit. De Semine non una ipsis mens. Maris & fœminæ semen intellexit, ejusq; mixturæ foetum suum ortum debere Medicorum Alpha *Hippocrates b)* dicitavit. Alii semen fœminæ penitus denegarunt, ut ex antiquis *Anaxagoras c)* è recentioribus *Harveus, d)* Alii in utile illud vocarunt, ut *Herophilus*

philu
 prin
 sugg
 uter
 stat
 cum
 mor
 prop
 cium
 ex q
 habe
 vi se
 cren
 ris i
 quic
 rem
 nea
 na.
 rum
 ne(p
 una
 met
 fam
 quo
 cha
 unu
 jus
 gar
 ren
 fin
 bo
 ga
 ra
 fin



philus e) & αἴρονον, ut *Caspar Hoffmannus*. f) Semen v. masculinum e) v. Galen.
 principiorum catalogo qui inseruerunt, illud simul materiam l. 2. de Sem.
 suggerere docuerunt, quorum partes relinquens *Aristoteles g)* illud c. 1.
 uterum ingredi negavit, & non κατ' ὄγκον, sed κατὰ λόγον operari f) l. 4. de U.
 statuit, adeoque Efficientis vices tantum huic tribuisse videtur, & l. 4. de Gen.
 cum quo eandem inflat tibia *Harveus, h)* qui semen contagii in Hom. c. 2. §. 12
 morem tantum uterum afficere prodidit, idque experimentis g) 2. de Gen.
 propriis (de quibus evolve *Joh. Marci Marci à Kronland i)* judi- Anim. c. 4.
 cium) probare annitur. k) Sangvinem v. solum esse materiam, h) Exerc. 49.
 ex qua fetus producat, *Aristotelis mens fuit, l)* inde marem se p. 280.
 habere ut fabrum & figulum, foemina ut limum & lignum, gra- i) Part. III.
 vi sententiam edixit. Sangvis ille ipsi vocatur menstruorum ex- Phil. Ver.
 crementum, m) inde & distinctionem illam, qua partes corpo- Restitut. sub
 ris in Spermaticas & Sangvineas distinxerunt, e forō Medico Sect. 2. p. 348.
 quidam exploserunt, inter quos olim hujus Academiae Professo- k) Exerc. 68.
 rem *D. Christoph. Brunonem n)* invenimus. p. 441. adde

§. 2. Videt B. L. quales scopuli huic negotio intento immi-
 neant, quantaque circa hanc rem occupato timenda sint fulmi-
 na. Intactis igitur aliorum ratiociniis nostram tantum docto-
 rum ventilationi sistamus mentem. Duas v. cum primis in semi-
 ne (prolifico) cum *Simbaldo o)* concipimus portiones, Materialem
 unam, Efficientem alteram, quae & Facultas dicitur, aut si Her-
 metice loqui mavelis, Balsamum, & Scientiam Mechanicam. Bal-
 samus ille est quid corporeum, spirituosum tamen non absimile,
 quod a quo seminis tanquam vehiculo gaudet, Spiritibusque Me-
 chanicis intimè nupsit, adeo, ut spiritus praedicti cum Balsamo
 unum & idem corpus constituent, spiritibusque deperditis & hu-
 jus substantia oppidò corrumpatur.

§. 3. Absit v. ut hoc ad masculinum semen tantum restrin-
 gamus, nullas enim praegnantes causas offendimus, quae sequio-
 rem sexum impotentiae circa seminis generationem arguere pos-
 sint. Ridicula videretur Natura, si foemellas vasis feminis ela-
 borationi necessariis instruxisset, seminis v. generationem ne-
 gasset. Cui fini destinasset elegantem horum vasorum structu-
 ram? Cur testiculis exemptis etiam in foeminis spes futurae prolis
 simul eximitur? Sed non omnia vasa spermati generando & eja-
 culan-

B

culan-

67



culando necessaria in foemellis adsunt. Ariete hoc nostram thesin
 p) Exerc. 65. evertere conatur *Harveus*, p) dum vasa praeparantia & deferentia
 p. 424. vel ejaculantia in cervis & damis defuisse, nec in aliquâ foeminâ
 q) l. 1. Instit. se deprehendisse fatetur. Neque *Kyperus* q) Spermaticorum
 Med. g. 21. existentiam admittit. Sed cur oculatissimos hos viros fugerint
 hi ductus, est quod miramur. Sunt & mulieribus, ut viris, sua praeparantia & ejaculantia vasa, in hoc saltem à virilibus diversa, quod formam, situm & insertionem spectat. Praeparantia breviora sunt ob viam breviorum, medio itinere divisa, & tunc partim ad testes, partim ad uterum cursu directo iisdem inseruntur. Deferentia v. testium magnitudini ut respondeant, exilia, quae partim ad uteri fundum, partim ad tubas, ab inventore Fallopio dictas, feruntur. Testes advocamus *Laurentium*, r) *Bauhinum*, s) *Marchettum*. t) Neque fulmem *Hoffmanni* nostram ferit adsertionem, ab imperfectione testium muliebrium quando argumentatur, eosque cadavera testium u) nuncupat, oculisque talparum x) & mammis in viris comparat. Sunt & talpis veri oculi, y) & virorum mammis, si ab ingruente aetate suggerentur, excrecere, & lac generare posse, quoniam minore copia quam in foeminis, non improbabile censuit *Warthonus*. z) Perfecti sunt harum testiculi in suo genere, nec ratio valet: sunt minores, sunt non ita ut virorum compacti, ergo imperfectiores. Jam non ad molem sed virtutem mentis aciem dirigimus. Nec in naturali scientia & Medicina à magnitudine ad actiones perfectiores efficiendas aptitudinem commodè argumentamur, alias majoribus nati oculis acutiùs viderent, & animalia timida majoris molis corda, generosa contra parva non obtinerent. a)

l. 4. Ut omnis porrò dubitandi ansa praecidatur, en plura adserti nostri propugnacula. Quid causae, cur in Venerem saepe ruant Juvenculae? unde prurientes illi in libidinem raptus? mente linquuntur, flammâ tacitâ aestuant, absurda proferunt, rident, causam quaerenti nullam reponunt, colore facies defloratur, vigore corpus, sensu membra. Quid causae? Semen aut luxurians, aut qualitate peculiari impraegnatum, aut etiam ad corruptionem vergens. Vidua quaedam apud *Galenum* b) uteri affectu penè suffocata effuso semine liberabatur. Quid quod Veneri dum

r) l. 8. Hist. Anat. quæst. 5.
 s) l. 1. Theatr. Anat. c. 33.
 t) Anat. c. 7.
 u) l. 2. Instit. Med. c. 44.
 x) l. 14. d. U. P. c. 6. §. 988.
 y) Gesn. d. Quadruped. Hist. fol. 932. Aldrovand. l. 2. de Quadrup. Vivi par. c. 36. fol. 456. adde Disc. Phys. Excell. Thomasi de Visu Talpar.
 z) Adenograph. c. 32. p. 204.
 a) Arist. 3. de part. Anim. c. 4. Rollfi. Diss. de Cor. de C. 2. p. 15.
 b) l. 2. de Sem. c. 1.

ri dum
 rum fl
 Fernel
 non ef
 comp
 cunic
 sus in
 Respo
 foecun
 svetà
 tâ mo
 defrau
 que S
 cessit
 refuta
 spissu
 hendi
 idem
 scelâ
 ceptu
 mater
 coitu
 res, &
 namo
 urget
 nio su
 fluctu
 phase
 sione
 proce
 cong
 bund
 tur re
 jectio
 quæf



ri dum litant, non absque peculiari delectatione seminis ad uterum fluxum sentiant lascivientes muliercula, & pudibundo teste *Fernelio* c) Seminis tententur profluvio, nocturnamque sæpius non effugere possint pollutionem. d) Ut nostra hæc confutet incomparabilis *Harveus*, e) sequentia objicit: In canibus, inquit, cuniculis, aliisque pluribus animalibus expertus sum, nihil prorsus in utero post coitum per aliquot dierum spatium reperiri. Responsio in promptu est; non omne semen, quod uterum subit, fecundum est, inde parum tunc temporis ratione coloris à consuetà uteri visciditate differt, aut si tale fecundum existit, violentâ morte extinctis canibus & cuniculis retentrix pristinâ facultate defraudata semen illud cum masculino retinere non potuit, adeoque & illud ante obitum, non alteracurina & feces loculo excessit proprio. f) Quod objicit porrò, illud tantum serosum esse, refutat *Avicenna* *Marci*, g) qui illud casu quodam adspexit, & spissum, & odore quodam, sibi peculiari, à virili differens deprehendit. Quin imò, monente *Schoockio* h) ipsa Sacra Scriptura idem nobiscum sentit, i)

§. 5. Quid v. de Sangvine? forsan ex hujus & seminis miscelâ conceptus emergit? Neutiquam. Solum & unicum conceptus principium nobis videtur esse semen. Si namque sanguis maternus concurreret ad conceptionem, emitteretur in quovis coitu, tam diu, donec imprægnatio contingeret. Absurda sanè res, & contra prudentissimæ matris Naturæ institutum. Itero namque per aliquot vices coitu, quem sæpè insatiabilis libido urget, vah! quantum sanguinis effunderetur innocui? Quàm genio suo defraudaretur corporis vigor, quantasque turbas daret fluctuans in utero cruor? Et quid opus esset, ut ad certas Lunæ phases expurgaretur purpureus ille liquor, si toties repetita invasione, depleretur ejus copia, Quàm benè menstruis fluentibus procederet imprægnatio, & si hoc, cur homini tum temporis congressum interdixere Sacra Oracula? cur à Naturâ ipsâ pudibundus ille actus tunc fastiditur? Et sanè majorem adhuc merentur reprehensionem, qui non sanguinem simpliciter, sed cum adjectione menstruum principii nomine dignantur. Perpende, quæso, malignorum effectuum à sanguine menstruo proficiscen-

c) l. 6. de Partu
Morb. &
Sympt. c. 16.
d) Insigne
Exemplum
lege ap. Th.
Barth. Conf.
Med. d. Com.
p. 136.

e) Exerc. 68.
p. 441.

f) Sinibald.
l. 5. Geneanth
Tract. 2. C. 6.
p. 685.

g) c. l. sub
Sect. 2. p. 356.

h) c. l. p. 255.

i) Ebr. II. V. II

k) l. 7. hist.
Nat. c. 15.
l) Tr. Lunare
Tribut. p. 583

m) c. l. p. 582.

n) Tr. de hom
& brut. exort
p. 16.
o) Galen. l. 2.
de Sem. c. 2.
p) l. 1. de
Gener.
q) l. 4. de. LL.

tiām syndromen, à *Plinio* notatam, k) & sententiam mutabis. Infers ex *Helmontio*: l) Falsum est omnem cruorem menstruum esse venenosum. Talis namque si est, corpora morbosa erunt & malè disposita. Sed ipse pariter respondeo ex eodem: Falsum etiam est, omnem cruorem menstruum esse innoxium. Si talis non deprehenditur, dispositione tamen & aptitudine tales qualitates adsciscendi non destituitur. Quamvis enim hoc virus sub specie cruoris ludat, ut iterum cum *Helmontio* loquar, deposito vitalis balsami favore tamen per gradus ad liqvaminis cadaverosi malignitatem adsumit veneni indolem, & à cruoris naturā & proprietatibus degenerat. Non repeto hic infaustum tempore menstrui congressum, hoc tantum addo, pauca animalia, imò si fides *Helmontio* m) habenda, inter hæc sola simia menstruum patiuntur fluxum, & tamen concipiunt. Obstat pariter, quòd non nisi peculiari mensis tempore uterus τὸ κατὰ μῆνιον αἷμα stillet; Conceptio contra absente hujus sanguinis commercio, modò uterus ritè sit dispositus, & mas rectè se habeat, optimum sentit successum. Quòd si tamen quis sanguinem principium remotum vocaverit, eò quòd è sanguine semen elaboretur, illi nullam scribemus dicam. Quamvis è succo chyloso semen elaborari probare conatus fuerit Everhardi. n)

§. 6. Semen igitur facultas est & materia. o) Efficientis locum obtinet, si spiritum in eo genitalem consideras, aut si mavis Mechanicum. Materia verò vocatur ratione partis oleaginosa, aut si auscultes *Averrois*, p) butyrosa, (dixit enim idem semen butyrum multis spiritibus plenum,) prius ignis, posterius aquæ nomine antiquis venit. Inde *Varro*: q) Causa nascendi duplex, Ignis & Aqua: ideò ea in nuptiis adhibebantur. Et mas ignis, quod ibi semen, aqua foemina, quod foetus ab ejus humore. Et paulò post: Poëtæ de cælo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam è spumâ ejus Venerem conjunctione ignis & humoris, quam habent vim significantes. Partes has & masculinum & foemininum obtinet, & ut foetus prima rudimenta ponantur, primò junguntur, dein miscentur.

§. 7. Conjunctio summè necessaria est, inde nec solum masculinum, nec foemininum sufficit, quod probat, si sterilem
ineas

ineas
pari
tùm
dita
è pr
part
Con
aut
no c
allic
mam
ne in
respe
le fer
cum
porr
cam
suffic
auter
nervo
mitat
rivatu
cesse
alioq
atq;
cum
Plura
anam
uti di
riter
accur
elici p
Supra
ferme
mistic



ineat foecundo turgidus semine, irritus conatus. Probant id pariter foetus modò patrem modò matrem referentes. non tantum facie & moribus, sed & corporis imbecillitate, &, qui hereditario jure in illos derivantur, morbis. Mulæ & monstrorum è prohibito & detestando diversarum specierum congressu partus, ut & Hybridarum exclusio, idem luci meridianae sistunt. Conjunctio illa geniturarum ut fiat, quidam magneticam, r) aut ut *Simbaldus* f) vocavit, electricam vim in semine masculino commenti sunt, quã, ubi primum illud in uterum ejaculatur, alliecit ac ducit foemineum ad se, ut simul cum illo præstantissimam conceptus fabricam componat. An verò eadem tractatione in masculinum foemininum feratur, si perconteris, idem r) respondet, actiones esse prævalentium, ideoq; cum tale sit virile semen, in eo saltem vim Electricam poni debere autumat, cum primis cum illi à natura debeatur præ eminentia. Addit porrò, & quidem rectè, virtutem magneticam non esse reciprocam. *Thomas Warthonus* u) putat, tubas uteri imbibere in coitu sufficientem portionem seminis virilis ad conceptionem. Fertur autem secundum eundem x) semen sic adsumtum per fibrillas nervosas, à ductu tubæ reflexas ad exteriorem testiculi extremitatem, inde sensim & lento motu ad vas ejaculatorium derivatur. Imò si detur, primò deferri ad testes, exinde tamen necesse est, ut ad uterum demum per vas ejaculatorium relabatur; alioquin nullo modo cum semine foemineo aptè commisceriatq; uniri potest, aut omninò pervenire ad genialem uteri locum, ubi primum conceptionis fundamentum jaciendum sit. Plura apud eundem leges. Multa sunt, quæ hanc Warthonianam sententiam videntur suadere. Experientia *Harvei*, qui, uti dictum, nil in utero aliquot dies post coitum reperit. Uteri pariter capacitas, si exiguitatem genituræ utriusq; illi conferas, quæ accuratæ mixtionis minimè videtur conveniens. Causa & inde elici poterit, cur muliercularum testes à naturâ facti fuerint *Supoi*, non compacti. Multum ad hanc mixtionem facere fermentationem *Schokius* y) autumat.

§. 8. Factam geniturarum conjunctionem & accuratam mixtionem statim partium delineatio sequitur, quam excipit perfectio.

B 3

r) *Marci Philo-*
lof. *Restit.*
part. III. sub
Sect. I. p. 331.
n. 10.

f) *l. 5. Gene-*
anthr. Tr. I.
c. 5. p. 614.
r) c. l. p. 615.

u) *Adenogr.*
c. 33. p. 210

x) c. l. p. 211

y) c. l. p. 255



z) l. i. de Vi-
ctus rat.

a) Exerc. 44.
p. 251.

b) Cent. 3.
Observ. 42.
p. 229.

c) de Form.
foet. c. 6.

d) c. l. p. 86.

e) l. i. de Sem.
Fac. Plaft.

f) c. l.

g) Cent. 1.
Obs. 7. p. 11.

adde Parisan.
l. 2. Exerc. 1.

c. 3. p. 82.

h) l. d. Genit.

i) l. i. Exerc. 1.

c. 2. p. 3.

k) Tract. d.

Ferment. c. 5.

p. 26.

l) c. l. Exerc.

5. p. 21.

m) l. 2. Exerc.

2. p. 102.

n) Præfat. d.

Anat. Vit. &

Mort. p. 11.

Add. Tenzel.

part. 1. Med.

Diaftat. c. 1.

p. 12.

fectio. Delineatio, ipsomet teste Artis Dictatore, z) fit *ἀνα*,
perfectio v. *ἐπιφάνης*. Inde dubito, an locum habere possit *Harvei*, a)
opinio, qui pulli generationem ex ovo fieri per *ἐπιγένεσιν*, neque
omnes ejus partes simul fabricari, sed successivè, docuit. Contra-
rium demonstrat *Borellus*, b) qui in germine pulli parumper in-
cubati totam pulli formam apparere, si sedulo adspiciatur, imò
animatam & sensu præditam, ferro calido admoto recedere &
moveri expertus est. Sed stupendum opus hominis in utero for-
matio! E tot guttulis albicantibus humanam emergere figuram,
parentibus per omnia similem, quis non miretur? Unde ergò
tàm accurata delineatio, tàm consummata perfectio, ita ut nec
pars desit necessaria, nec otiosa futura adsit. Platonici animæ
mundi, teste *Galeno* c) id tribuebant operis, Animam inesse se-
mini, eamque corporis delineare fabricam, quidam putarunt, in-
ter quos etiam *Sennertus*, d) Aliis matris animam circa hoc nego-
tium esse occupatam statuere placuit. *Λόγον πλαστικόν* semini
tributum ivit *Scheckius*, e) quas opiniones cum expendat citatus
Sennertus f) evolvatur! Semen puriorem esse totius sanguinis
substantiam, quæ ab omnibus corporis nostri partibus defluit,
putavit *Borellus*, g) & inde ideam & formam earum, simulque
vitia & morbos parentum ad filios transferri. Nec novum est
hoc dogma, sed etiam dudum ab *Anaxagorâ* & *Hippocrate* h) con-
signatum, qui docuit, venas & nervos ab omni corpore in puden-
dum tendere, & seminis materiam eò deferre. *Parisanus* duplex
semen commentus est, unum quod in genitalibus præparatur, al-
terum, quod ab omnibus corporis partibus descendit. i) Sed si
nobilissimum corporis hoc Elixier, ut semen vocatur *VVillisio*,
k) aut sexta Essentia, ut *Parisano*, l) quò constituatur, unaquæque
pars suum confert symbolum, cur non quos auribus, manibus &
pedibus sine degere voluit aut Natura aut Sors, tales procreant fi-
lios? Sat nobis, regerit *Parisanus*, m) quòd sæpè aut interdum
fiat, sed rarissimè illud contingere, vel ipsa experientia pro no-
bis loquitur. Hermeticis Spiritus Mechanici, quos utero con-
secratos à naturâ venditant, peculiari pollere scientia omnium
partium dicuntur, juxta quam totius efformatio fiat. De hac
ipsorum scientia ita *Gregorius Horstius*: n) Non intelligitur ejus
modi

modi
illa, se
dicitur
entiâ
agen
illam
semin
sius q)
semin
cos ap
natura
mascu
sè & o
semin
que, d
essenti
Job. Ga
linum
maren
dum d
ra nan
confu
sa illa
miscel
radii b
nem m
S
sanguin
munis
lum d
u) qui h
in phia
profap
voluer
figuris
riment.



modi scientia, quæ per operationem intellectus comparatur, sed
 illa, secundum quam ab Hippocrate natura docta, & à nulla edocta
 dicitur, & in sui interioribus prædita, & delibuta omni arte & sci-
 entia à Job. Petr. Fabro. o) Quatenus igitur certas proprietates &
 agendi virtutes, pergit, naturæ concedimus, eatenus scientiam
 illam Spiritibus Mechanicis denegare non possumus. In ipso
 semine latere iconem & imaginem totius Helmontius p) & Gremb-
 sius q) docuerunt. Nostra circa hanc rem adfertio hæc est: Sunt
 semini prolifico proprii Spiritus, si Mechanicos aut Architectoni-
 cos appellare libeat, non repugnabimus. Gerunt hi peculiari
 naturæ dono imaginem figuræ humanæ, quæ misturâ seminis
 masculini & foemini ritè peractâ manifestatur, quamvis confu-
 sè & obscurè, statim ac conceptio facta est. Sed in quo, inquit,
 semine humanum hoc latet φάντασμα? In utroq; regero, ut uter-
 que, de quo sibi gratuletur, habeat sexus. Non enim specie &
 essentialiter differt à foeminino masculinum, ut quidem voluit
 Job. Gallego de la Serna, r) notatus ob hoc à Sinibaldo, s) sed mascu-
 linum virtualiter foeminam continet, & semen foeminae virtualiter
 marem, docente eodem. t) Siccine v. duplex generabitur homo,
 dum duplex in utroque semine latet imago? Neutiquam. Mistu-
 ra namque exacta præcedit conceptionem, quæ non fit Seminis
 confusione, sed spirituum Mechanicorum unione. Non cras-
 sa illa, quæ humoribus, & aliis rebus crassioribus communis est,
 miscela hic animo concipienda, sed longè alia, & verè talis, quæ
 radii benigniorum Planetarum combinati unius operis executio-
 nem moluntur.

§. 9. Et quidem tales spiritus semini cur non insint, cum
 sanguini, imò ossibus & cineribus animalium eosdem inesse com-
 munitatis Medicorum & Physicorum Magistra Pyrotechnia ad ocu-
 lum demonstrat? Largiatur nobis de suo aliquid Borellus
 u) qui hæc protulit: Quod omnem admirationem superare debet,
 in phialis licitâ Necromantia patrem, avum, atavum, totamque
 prosapiam, imò antiquos Romanos, Ebræos, & quemcunque
 volueris, absque Pythonista ad libitum accerseris cum propriis
 figuris, modò eorum cineres, vel ossa servaveris. Utque expe-
 rimentis hæc confirmentur, & non solis verbis innitatur, N. de
 Richies

o) l. 4. Pan-
 chym. Sect.
 6. c. 21. p. 527.
 p) Tract. Ima-
 go Fermentâ
 imprægnat
 massam semi-
 ne Num. 12.
 p. 92. & Tr.
 Imago men-
 tis Num. 17.
 p. 215.
 q) l. 1. Arboris
 integræ &
 ruinos. hom.
 c. 7. §. 9. n. 10.
 p. 68. Add.
 Tenzel. p. 74.
 Med. Diast.
 c. 1. p. 18.
 r) l. 3. d. Prin-
 cip. Generat.
 Tr. 1.
 s) c. 1. c. 8.
 p. 610.
 t) c. 1. c. 16.
 p. 638.

u) Cent. 4.
 Obs. 62, p. 325

Richier Saponarius & Bernhardus Germanus ex relatu D. de Gen-
 zan, & aliorum, sanguinem humanum Lutetiae destillantes vide-
 runt in cucurbita phantasma humanum, e quo sanguinei radii
 profilire videbantur, & rupto vase invenerunt tanquam cranium
 humanum in fecibus. Hinc fit, pergit paulò post x) quòd à
 Sole elevata hæc è terra phantasmata plurimum in cœmeteriis
 videantur, quæ pro Diabolis habentur, cum tamen naturaliter
 erumpant. Et hoc forsitan modo speciem humanam in vitro re-
 præsentari dum vidit *Paracelsus*, dixit ex humano semine in am-
 pullam vitream coniecto, & aliquandiu sub eqvino fimo deten-
 to homunculum produci posse. Suffragantur huic nostro ad-
 fertò non tantùm plantarum & animalium idola è cineribus aut
 sale ipsorum in phiola surgentia, de quibus multa *Joh. Baptista*
 y) l. 4. Floric. *Ferrarius*, y) *Sachsus*, *Joh. Dan. Major*, a) *Kergerus*, b) imò è sali-
 bus in terram jactis plantas, ac si è semine pullularent, fuisse resu-
 scitatas, iidem adserunt. In congelatis plantarum decoctis *Bo-*
 rellus c) veras plantarum effigies deprehendit, quod & exemplo
 brassicæ confirmat *Th. Bartholin*, d) Plantarum quarundam se-
 men intuere accuratiùs, & videbis, non totam illud, quod semen
 vocamus, plantæ semen existere, sed gemmulam saltem mini-
 mam in illo, quæ totius ferè plantæ, aut saltem foliorum refert
 simulacrum. Obtusioris aciei id in phaseolo cum primis aquâ
 macerato propriis usurpare poterunt oculis, de quâ re alibi plu-
 ribus. e) Humanam effigiem monstruosam cum serpentibus, ca-
 put itidem Medusæ in ovis observarunt *Borellus* f) & *Aldro-*
 vandus, g) qui causam hanc dat, quod hæc aves (anseris & galli-
 næ) semine & sanguine humano vescantur, & cum serpentibus
 aliquando coeant, ut observavit *Licetus*. Canum simulacra cur
 in urinis ob canis rabidi morsum delirantium, ut & phalangio-
 rum à Tarantulâ punctorum apparent? h) imò cur mingunt ali-
 quando carnes canum figuram habentes? i) nempe in salivâ
 canis rabidi ejusdem rationes seminales insunt: quæ in vulnus
 receptæ

c] Cent. 4. Obs. 62. p. 311. d] Tr. de usu nivis Med. c. 8. p. 57. e] de
 Plant. Monst. Exerc. 5. f] Cent. 4. Obs. 1. g] Hist. Monst. C. 2. p. 390.
 h] Avenzoar. l. 1. Theistr Tr. 9. c. 16. Nicolaus Florent. Serm. 4. Tr. 4. c. 15.
 i] Avicen. l. 3. Fen. 6. Tr. 4. C. 7.

recep
 rem,
 partic
 venas
 dat. t
 evolu
 loqui
 qui è
 tos n
 etum
 gvine
 licebi
 more
 & alia
 & Mi
 matri
 aliter
 affect
 nima
 carce
 ta in
 dat q
 accur
 vover
 nem.
 fensio
 bran
 uterit
 ambi
 men
 quide
 lum
 conti
 mem



receptæ naturam humanam; non minus quàm surculus arborum, cui inseritur, idealiter transplantant. Hujusmodi seminis particeps saliva è loco vulneris in modum fermenti serpit in venas sensim majores, quousque ad cor centrum radiationis evadat, tùm verò idæ seminales eò usque involutz & confusæ suam evolutionem sortiuntur, miscentque; singulæ idæis sibi analogis, ut loquitur *Marcus Marci*. k) Egregio illustrat exemplo *Salmuth*, l) qui è salivâ canis rabidi vermiculos catulis prorsus similes notavit, & *Panarolus*, m) qui sanguinem è Tarantatis extractum per cucurbitulas tinnire observavit. Cur philtrea è sanguine proprio &c. confecta agant, facile hinc deducere pariter licebit, ut & cur sanguine animalium frequenter pasti eorundem mores induant *) & lacte humano, ferocissima animalia Tygres & alia cicurentur. †)

§. 10. Spiritus hi Mechanici, quamvis semini inhaerentes, & Microcosmum fabricantes, sui sint juris, moderamini tamen matris animæ auscultant, & ad ejus nutum se componunt, non aliter ut inferiores potentia superioribus parent. n) imaginatio, affectus, & appetitus muliercularum id probant, inde spiritus animæ moderatrici obsequiosi phantasiæ determinatæ & specificæ carceres inveniunt, & non rarò monstrosas figuras & alia insolita innocuo foetui imprimunt. Sed hæc nulli obtrudimus, credit qui volet. Satius in re obscurâ hallucinari, & Doctorum accuratum judicium sollicitare, quàm tacendo rem æternæ devovere nocti. Movimus lapidem, alius sub eo quærat unionem.

§. 11. Ne natura quid quod ad hominis etiam in utero defensionem ejusque conservationem intermisisse videretur, membranis quibusdam foetum munire, ipsique placentam, sive epar uterinum addere voluit. Exterior membrana chorion totum ambit foetum, interior amnios vocatur, *allantoïdis* tunica farci- men referens brutis solum competit, non tamen omnibus, ut quidem Veteres putarunt. Quia enim foetum bovinum & ovillum tantùm disseccarunt, qui Allantoïdem habent, cæteris idem contigisse opinati sunt, ut censet *Aquapendens*. o) Sunt & his membranis certæ humores, quos alii sudorem & urinam foetus esse

k) Part. IV. sub Sect. I.

p. 437.

l) Cent. 2.

Obs. 83, p. 101

m) Pentec. 5.

Observ. 44.

Thom. Barth

Cent. 6.

Hist. 35.

*J) Veinrich

de monst. c. 15

†) Tenzel.

part. I. Med.

Diastat. 4. 1.

p. 17.

n) Zacutus

Lusitanus l. 3.

Hist. Med.

Princ. 12. p.

486.

o) de Form.

Fœt. part. II.

c. 5. p. 60.

C

esse



esse volunt, alii verò optimam partem humoris à foetu pro nutritione exfugi, excrementitium verò relinqui, rectius hariolantur. *p)* Vasa pariter varia, membranas & placentam perreptant, quorum historiam pluribus texere, nec instituti fert ratio, nec pagellarum angustia. Quæ defunt suppleat rei Anatomicae scriptores. in primis *Aquapendens*, *q)* *Harvæus*, *r)* *Th. Bartholin.* *f)* *Claudius de la Courve.* *t)* Sanguis ut depuretur pro foetu, placenta f. epar uterinum his additum. Placet hæc thesis *Aran.* *u)* & *Harvæus* *x)* huic idem quod e pati munus defert, cuius sententiam refutare ausus est *Courveus*, *y)* qui in Arantii partes potius scedit, quod ipsum tamen nec *Aquapendenti* est ad salivam, qui illud tantum firmamentum vasis præstare adserit. Examinauit has sententias pluribus *Th. VVarthonus*, *z)* qui tandem eam, quam *Harvæus* propugnavit, amplectitur.

§. 12. De foetus nutritione in utero pauca adhuc restant dicenda. Notum est, omnes veterum credidisse, sanguinem menstruum pro alimento foetui inservire. Sed falsum est, inquit *Helmontius*, *a)* quod in utero nutrimur & grandescimus ex menstruo. Siquidem cruor muliebris non ante conditionem habet menstrui, quam dum nutritioni ineptus, vitam effoetus vincit, & ducitur ad cloacam. Neque enim qui vinum potat, bibit acetum, licet hoc ex illo fiat, ut neque excrementis vescitur, qui cibos edit. Et paulò post: *b)* in prægnante nullum menstruum, per consequens nec foetus illò alitur. Pergit verò alibi: *c)* Considero foetum, ut ramulum peregrinum trunco arboris insertum, qui licet liqore materno alatur, propria tamen intus mox quadrat vivit. Neque enim ut pars integralis inest, sed tanquam hospitatus miles rapit omnia in lubitum, ipsumque vas dilatat pro suo lubitu. Nutritur igitur foetus sanguine materno purò, aut rectius, humore gelatinam referente, qui in foetu vaccino ejusdem planè saporis est cum liqore in amnio contento. *d)* Transit iste humor è placentâ per venam umbilicalem ad foetum, per arterias verò, demonstrante id *Segera* *e)* ad placentam revehitur. Et quidem hoc nutrimentum ipsi sufficit, quando adhuc minor, vitamque quasi vegetabilem, aut rectius plantanimalem vivit. Grandior verò factus non tantum per umbilicum, sed & præ-

p) v. Courv. Parad. part. I. de Nut. Foet. c. 7. p. 23. & c. 10. p. 37. *q)* c. l. part. I. c. 4. p. 6. & part. II. c. 4. p. 68. *r)* Exerc. de uter. membr. & humor. p. 527. *f)* l. I. Anat. Reform. c. 36. p. 189. *t)* c. l. part. III. c. 8. p. 205. *u)* l. de Foet. hum. l. 6. *x)* c. l. p. 542. *y)* c. l. c. 6. p. 197. *z)* Adenogr. c. 35. p. 230. *a)* Tr. Lunare Tributum. p. 583. *b)* c. l. p. 584. *c)* Tr. Magn. oportet. N. 50. p. 128. *d)* VVarth. c. l. c. 36. p. 231. *e)* Dissert. de Nutr. Foet. in uter. Sect. II. c. 5. p. 24.

& pr
fuger
gerus
finxe
foetu
qvibi
rus,
stinis
ces i
est, u
tum
& sup
litur
lis ill
stom
Quia
Seger
Laur
aper
ste i
jus c
narr
dimi
veris
nit,
conf
hand
xon
viro
nob
cora
dab
ob c
de r
Add
r) Ep

& prædictâ quadrâ non contentus per os nutritur, humorem
 sugendo. Hippocrati id olim placuisse demonstrat allegatus *Se-*
gerus, f) inde *Democritus* & *Epicurus* utero ubera quædam ad- f) c. 1 Sect. 1.
 finxerunt, g) quæ tamen non dari iterum è *Sehero* patet. Interim c. 1, p. 2.
 foetum per os nutrirî probabile, eundemq; partem humorem, g) *Plut.* 1, 5.
 quibus innatat, sugendo attrahere, inde concludit laudatus *Sege-*
rus, h) (α) quia pueri, cum in lucem proveniunt, feces in inte- de *Plac.*
 stinis habere conspiciuntur, & simul ac in lucem editi sunt, fe- *Philos.* c. 16.
 ces iis per ventrem secedunt. (β) Quia puer, ut primum natus *Arist.* 1 2, de
 est, ubera sugere novit. Experti sumus, scribit *Harvæus*, i) fœ- *Gen. Anim.*
 tum in partu hærentem, digitum ori admotum apprehendere c. 7. *Diff. de*
 & sugere. Quin imò recens natus suctionem accuratius mo- *Heterod.*
 litur quàm adultus. (γ) Quia in ventriculo foetus liquor simi- *Democr. in*
 lis illi, qui in amnio fluctuat, reperitur, & in quadrimestris foetus *Doct. de Nut*
 stomacho chylum deprehendit idem *Vir celeberrimus*. k) (δ) *Fœt. Thef.*
 Quia foetus ore ut plurimum leviter aperto innatat liquorî. Hæc *34. p. 8.*
Segerus, (ε) Ulterius pro nutrimento foetus per os (verba sunt *h) Dissert. d.*
Laurentij Gislery, l) militat quoq; , quod omnium primum os *Orth. Hipp.*
 apertum conspiciatur, cæteris meatibus clausis, non semel in pe- *in Doct. de*
 ste in abortibus notavi, & nuper in immaturo foetu excluso, cu- *Nut. Fœt.*
 jus os satis amplè diduci poterat, exactè mihi observatum. Imò *Sect. II. c. 8.*
 narravit mihi obstetrix, se apertum os vidisse in embryone, vix *p. 45.*
 dimidium digitum longo. (ζ) Non immeritò his annuera- *i) Exerc. 58.*
 veris cum eodem vagitum uterinum, cujus exemplum idem po- *p. 269.*
 nit, & ante eum varia collegit *Th. Bartholin.* m) *Examinat &* *k) Exerc. 56.*
 confutat quædam ex prædictis fundamentis *Dn. D. Heiland*, n) *Ol. Rudbeck*
 hancq; per os nutritionem rejicit. Nobis interim hoc parado- *Obs. anat. 9.*
 xon ventilare liceat, eo modo, ut salvâ aliorum celeberrimorum *l) de Peste*
 virorum autoritate veritas hujus clarius emicet. In eadem *Brunsvic.*
 nobiscum acie invenies *Bakium*, o) *VVarthonum*, p) *Mauro* *Obs. 38.*
cordatum. q) Datur ergò in foetu chylicatio, si nutritio per os *m) Cent. 1.*
 dabitur, prout id in pullo notavit curiositas *Nicolai Stenonis*, r) *Hist. 1. p. 1.*
 ob quam causam & Hæmatosis in foetu propria non neganda, un- *n) c. 1. cap. 3.*
 de rectè sensit *Bakius*, s) foetum sanguinem non habere à matre, *n. 53. p. 41.*
 sed c. 11. p. 99. *o) Dissert. d.*
Cord. Sect.
II. c. 1. p. 87.
p) c. 1. c. 35.
q) Instrum.
Pnevm. Cir-
culad. Sangv.

C 2

Add. Licet, l. de Ort. Anim. c. 44. Hieron. Barbat. Exerc. d. Sangv. p. 34.

r) Epist. de Vitell. in intest. Pulli Transf. p. 76. s) c. 1. Sect. 1, c. 2. p. 65.

sed propria & hæmatopoëtica vi illum sibi parare, etiam ante creatum ipsum cor. Circulum etiam suum, quamvis non Mathematicum, 1) servat in foetu sanguis, longè aliter tamen quam in adultis. 2) Sanguinem demum partibus foetus assimilari perpetuum ejusdem, in utero dum est, incrementum probat, estq; illud evidentius, quam dum extra uterum versatur, quia anima habet materiam sequacem, ut sentit *Courven.* x)

1) v. Sachs. Ocean. Macro-Micro-Cosm. §. 17. p. 15.
2) Maurocor-datus c. l. p. 95. Siegel. Comm. d. Sangv. mot. c. 12. p. 96.
x) c. l. part. 1. §. 7. p. 22.

CAPUT III.

Gemellorum & partus numerosioris causa universalis. Particularis Efficiens & Materia semen. Uteri constitutio. Seminis divisio. Ambo testiculi an concurrant. Non semper unus congressus sufficit. Superfoetatio. Aliæ cause naturales & non-naturales. Membrana & placenta Gemellorum.

S. I.

1) Exerc. 46. p. 260.

Veneramur & jure suspicimus hic cum *Harveo*, 1) Deum omnipotentem, gemellorum & partus numerosioris fabricatorem & conservatorem, utpote cui facile est, sterilem gemellorum matrem efficere, ipso vel testante *Rebecca* 2) exemplo. Astrorum quid valeat hoc in negotio influxus, non ignotum est iis, quos astra speculari summa tenet cura. Multa de his *Sinibaldus*. a) Constellationes *Ptolomæi* singulares hic non sufficere, quia causa universalis singularem effectum immediatè non producit, rectè statuit *Gr. Horstius*. b)

2) Gen. 25.

1) l. 7. Tr. 1. c. 6. d. 1.

1) l. 1. d. Nat. Hum. Exerc. 12. §. 15. p. 252

S. 2. Patet ex antè dictis, solam massam spermaticam fundamentum & materiam foetus esse, spiritum v. in eò residentem efficientem. Hanc ob rationem seminis copiam luxuriantem causam gemellorum & numerosioris partus adoptarunt Naturæ consulti. Tum demum v. ista seminis portio excellens causam agit, in diversas & æquales si dispergitur uteri partes. Ita

1) l. 1. de Diat.

2) l. 4. d. Gen. An. c. 4.

3) Fen. 21. c. 17

4) Plut. 1. 5. d.

Plac. Philos.

c. 10.

Hippocrates, c) *Aristoteles*, d) *Avicenna*, e) *Asclepiades* & *Erasistratus*. f) Duo igitur hic attendenda, seminis copia, ejusdemq; in plures partes divisio. In sanguineis, junioribus, sanis, & in primis in iis, qui primùm Veneri litare incipiunt, vasa humore feminali

minali turgent, semenque dapibile & prolevarium tales ejaculantur. Dubitat v. Sennertus, g) an ista divisio seminis fiat ejaculatione pluribus vicibus in coitu facta, cum in seminis emissione, quæ fit in uno coitu, ea intervalla vix dari possint, ut semen ita dividatur. Sic est. Unus coitus si gemellos aut plures foetus producat, non nisi post accuratam utriusque seminis mixturam, illa in partes plures fit divisio à superveniente singulari materiae genitalis separatione ac divisione, cujus auxilio in diversos divisa portiunculae secedunt locos.

§. 3. Velificatur huic operi imprimis uteri capacitas & magnitudo, quæ variat pro ratione corporum ætatis & Veneris. h) Inde probabile videtur Sennerto, i) in fœminis, quæ foetus plures concipiunt, cavitatem uteri in coitu non ita angustam fuisse, sed paulò ampliorem, ut semen in eo copiosum in plures partes dividi potuerit. Heurnius, k) duos sinus utero tribuit, & inde concludit, ex lege Naturæ duos tantum foetus eundem posse concipere. Bipartitum uterum etiam quidam deprehenderunt, h) Tot esse receptacula in utero, quot proferuntur uberum papillæ, Avicenna voluit. Alii v. ad septenarium usque numerum ascendunt, tria receptacula dextero lateri, tria sinistro, unum meditullio adscribentes. m) Rugositates uteri diversas cavitates constituere Mundinus, n) autor est. Verum decumanum hos impigisse in errorem, Medicinæ Alphabetum Anatomie demonstrat. Uteri unica tantum cavitas est in homine, figuramque phialæ jacentem non stantem representat, in quam si aliquid proijicias, mediam fundi partem illud illicò petet. o) In brutis v. bipartitus communiter, unde cornua dicuntur bina binæ istæ in utero partes, licet cornuum forma non in omnibus brutis conspiciatur, sed tantum in vaccis, cervis, ovibus, capris &c. p) Et hæc causa fuit, cur Autores passim cornua ista in animalibus uteri nomine appellarint, & dixerint, uterum quibusdam animalibus esse bipartitum, quibusdam v. minimè. In muliere Ferrariense Gemellos pariente, & per Cananum sectâ, nulla cavitas præter consuetam apparebat, teste Amato. q) Quod si v. quædam iteratis vicibus Gemellos aut plures foetus enitantur, ut illa apud Scalige-

g) l. 41. Med. Pract. Part. II. Sect. 4. c. 5. p. 305a

h) Th. Bartholinus l. 1. Anatom. Reform. c. 28 p. 162.

i) c. 1. h) In Not. ad Sect. 5. Aph. Hipp. 38. p. 369.

l) Thom. Bartholinus c. 1. c. 29. p. 173.

m) Cæli Rhod. l. 4. Lect. anat. c. 23.

n) de Genita. part. 4. c. 6. o) Parisian. l. 3. Exerc. 3. c. 3.

p) Thom. Bartholinus c. 1.

q) Cent. 1. Curat. 27.



Com. in
lib. 3. Hist.
Anim. Arist.
Sect. 22.
Cap. 2.

rum, r) non negarem, illis uterum esse bipartitum, aut saltem à
consuetâ conformatione alienum.

§. 4. Seminis præfatam in plures partes divisionem refutare
videtur Thesis supra data, s) quâ diximus in semine imaginem seu
figuram latitare humanam. Quomodo igitur semine diviso ima-
go hæc manebit integra, aut multiplicabitur? Nil absurdi. Spiri-
tus ille in semine totus est in toto, & totus in qualibet parte. Ut
enim portio sanguinis destillata spectrum repræsentat huma-
num, ut furculus terræ mandatus semel conceptam imaginem
totam in se habet, ut particula plantæ peculiari modo calcinata
totius præ se fert simulacrum: ita & seminis portiuncula, si fœ-
cunda erit, imagunculam obtinebit perfectam. Eleganter *Mar-*
ci: In totidem centra seu principia fœtus distingvitur, in quot
partes ipsum semen abscedit, prout in speculo totidem simulacra
resultant, quot ejusdem speculi fragmenta. t) Nec minùs verè

Jc. l. part.
III. sub Sect.
3. N. 29. p. 380
u) c. l.

Sennertus: u) In quolibet seminis minimo vis formatrix integra
latet, & ex singulis partibus singuli fœtus generantur. Quibus
ita perspectis, à vero multùm nobis abesse videtur illorum sen-
tentia, qui rationem daturi cur monstra aliquando nascantur bi-
cipitia &c. interdum sine lacertis & pedibus, seminis quantita-
tem accusant, & ratione prioris quidem nimiam, non tamen tan-
tam, ut duorum fœtuum fabricationi suffecerit, ratione v. poster-
ioris paucam, quippe quæ materiæ paupertas, & consuetarum
partium procuret absentiam.

§. 5. Non immeritò hic in disquisitionem venit, an se-
men in congressu emissum, ab uno tantum, an vero ab utroque
testiculorum elaboratum è vesiculis seminalibus ad penistendat
fistulam, & per hanc utero infletur? Sic unico subsequente partu,
unicum tantùm testiculum suum elaborasse in hunc finem humo-
rem posset concludi, & quidem subsequente masculino, dextrum,
fœminino vero sinistrum. Quòd si vero Gemelli diversi sexus
apparerent, utrumque suum contulisse symbolum sequeretur, si

x) 6. Epid.
Sect. 4.

Hippocratis legeremus vestigia. x) Ille enim dextrum masculos,
sinistrum fœminas producere, expressè docuit. Quem secutus

y) Comm. 27
z) l. 14. d. U. P

Galenus, y) eò quòd dextrum ob calida, quæ continet, corporis
viscera, calidius, sinistrum contra frigidius, ut ex eodem z) col-
ligitur.

ligitur. Unde rei rusticæ scriptores apud Græcos, notante *Co-*
lero, a) svadent, ut si expetas tauros, tauri cœuntis sinistrum
liges testiculum, si vaccas, dextrum. Fluxit hinc & illud, quòd
sinistrum latus uteri fœmellis, dextrum masculis dedicavit *Hippo-*
crates. b) Verùm ut ut hæc ita proferantur, non arbitramur
cum *Th. Bartholino*, c) fœminas perpetuò à sinistro teste genera-
ri, illumque frigidius semen accipere. Nam (a) Viragines sub-
inde mares robore & corporis & animi superant. (β) Ex arteriâ
magnâ æqve sinistro testr atque dextro sanguis communicatur.
(γ) sæpius in dextris deficit arteria spermatica, quàm sinistris.
Facit hinc observatio *Carolo Stephani*; d) Vidimus, narrat, quen-
dam, cui dexter testiculus ex prociencia intestini cœci in scrotum
exfectus fuerat, quinque masculos ordine procreasse. Uterque
igitur testiculus portionem suam, quam habet, confert, quia uter-
que titillatione sollicitatur. Nec proinde ad gemellorum pro-
ductionem semen ab utroque teste transmissum, nisi per accidens,
aliquid confert.

§. 6. Non uno tamen semper congressu Gemellorum &
partus numerosioris conceptio contingit, sed frequenter si
congressus congressum excipiat, & semen priori præstantiâ re-
spondeat. In prostituta libidinis mulieribus id procedere testa-
tur *Plinius*: e) Proconesia, inquit, ancilla ejusdem diei coitu cum
Domino & Procuratore celebrato, alterum Domino, alterum
Procuratori similem exclusit partum. Notamus hic *Schottum*,
f) qui nunquam uno coitu gemellos concipi putat, & scribit,
Thamarem uno coitu Judæ fœceri gemellos masculos edidisse
velut magnum mysterium in sacris annotatum fuisse. An rectè
ita sentiat, superius dicta declarant.

§. 7. Quòd si superfoetet post septimanas aut menses ali-
quot mulier, partum quidem numerosum, minimè tamen ge-
mellum utero gerit. Nec est, quòd litem nobis moveat *Valver-*
da; g) qui, superfoetationis dogma explosurus, adserit, foetus post
foetum exclusionem non distincta in gravidationis, sed matura-
tionis tempora designare. Quemadmodum videmus, quòd ex
uno grano hordei spicæ plures erascentur, nec eodem omnes ta-
men tempore maturescant. Sed nulla sequela. Datis causis sus-
ficien-

a) l. 11. Oe-
con. c. 17.

Ad de Mizald
cent. 8. me-
mor. 82.

b) Sect. 5.

Aphor. 38.

c) c. l. cap. 22.
p. 136.

d) l. 3. de Dif-
fect. Corp:
hum. c. 5.

e) l. 7. Hist.
nat. c. 11.

f) l. 3. Phys.
Curios. c. 29.
§. 3. p. 551.

g) l. 3. Anat.
cap. 14.

em à
utare
n seu
ima-
piri-
e. Ue
uma-
inem
inata
si fœ-
Mar-
qvot
alacra
verè
tegra
yibus
n sen-
ur bi-
ntita-
n tan-
poste-
tarum
an se-
roque
tendat
partu,
numo-
xtram,
i sexus
etur, si
culos,
ecutus
rporis
col-
igitur.



ficientibus, iisque non impeditis, dabitur effectus. Rationes igitur vellemus dedisset *Valverda*, cur otium colerent in unâ spermatis parte spiritus, otio aliâs minimè additi, curve una feminis pars aliam germine præcedat. Simile minimè quadrat, ex uno grano hordei, quæ simul in spicam eriguntur germina simul etiam maturefcunt, si vero unus alium germinatione prævenit culmus, & facta superfœtationi non absimili citius messorum expectat præ illo, cujus messis adhuc in herba est. Obstare etiam nobis quibusdam videtur locus *Hippocratis*, *h)* qui ita habet: Quæcumque sunt gravidæ, iis os uteri clausum est. Hic quidam interpretum *οὐ μὲν οὖν κεν* interpretantur exactè clausum, ut ne stylum minimum admittat. Verùm rectius alii vertunt: Os uteri connivet. Inde *Spigelius* *i)* propriâ experientiâ edoctus adstruit, uterum interius in gravidis semper hiare, tantoq; magis, quanto partui sunt viciniore. Nec obstaret semini ingressum paranti exactissima hæc uteri clausura, quamvis daretur, quia titillatione non ingrata de novo sollicitatus uterus hospitem, licet inexpectatum, facile admitteret. Eleganter *Rodericus à Castro*: *k)* Quæ rem accuratiùs considerant, uterum tantùm aperiri tradunt, cum avidior est, & libidine efferatus, aut jucundam nimis sentit viri titillationem, perinde ac ventriculi orificium à pastu clausum oblatis delicatioribus cupediis referatur, non tamen quibusvis hominibus, sed edacioribus. Datur ergò reverà superfœtatio, prout id exemplis & rationibus declararunt *Hippocrates*, *l)* *Aristoteles*, *m)* *Schenkius*, *n)* *Zacutus*, *o)* *Federicus Bonaventura*, *p)* *Sennertus*, *q)* *Salmuth*, *r)* *Sperlingius*, *s)* *Sinibaldus*. *t)* Sola autem mulier superfœtat, quia sola gravis facta virum admittit. *u)* §. 8. Favent gemellis nostris adhuc aliæ causæ. Temperamentum Arithmetice proportionis, siquidem haberi posset, multum præstaret. Inde in statu innocentie homo si perseverasset, hoc dotatus secundum *Alstedium*, *x)* semper gemellos utero occultasset gravidæ, ne scilicet mari defuisset socia, & foemellæ maritus, ut è *Pererio* & aliis *Sinibaldus*. *y)* Cum verò in hac mortalitate illud temperamentum non detur, quamvis in

h) Sect. 5. Aphor. 51.

i) l. 8. Fabr. hum. Corp. cap. 12.

k) l. 2. de Nat. mul. c. 13. P. 149.

l) l. de Superfoetate.

m) l. 4. de Gen. Anim. c. 5.

n) l. 4. Obs. Med. 126.

o) p. 233.

p) l. 3. Hist. 17. p. 515.

q) l. 9. de O. trimestr. part. c. 25.

r) l. c. c. 6. p. 306.

s) Cent. 3. Obs. 33. p. 126.

t) de Form. Hom. c. 4. Q. 3.

u) l. 8. Tr. 2. c. 3. p. 866.

v) Roder. à Castro c. l. p. 147.

w) l. 7. Encyclop. part. III. Phys. c. 2.

x) l. 2. Tr. 1. c. 3. p. 117.

y) l. 2. Tr. 1. c. 3. p. 117.

Sym
quod
habe
parti
venil

Pecul
rumo
nom
rum

Favo
ab co
bueri
Ægy
f) In
oves
C
in ver
viter
inure
men
fertio
illud
lia a
credi
armi
ctam
quid
post
proli
merg
divid
gema
causa



Sympatriota suo id se vidisse gloriatur *Janus Huartus*, z) illud quod Geometricæ proportionis nobis tribuunt, a) hinc tantum habet locum. Et tale est calidum & humidum, & temperata partium genitalium in utroque parente constitutio, b) ætas juvenilis. Namque

--- --- juvena nervis
Et tento valet, & valet duello, c)

Peculiaris proprietas. Egente Portiorum Romæ quæ sunt, plerumque gemellos utero gerunt, teste *Scipione Mercurio*, d) & inde nomen illos accepisse quidam satyricè dixerunt, quod porcorum instar plures luci donent fœtus.

§. 9. E non-naturalibus causis est ær calidus & humidus. Favonio tantum tribuit antiquitas, ut etiam equas in Lusitania ab eodem, quamvis malè, imprægnari prodere quidam non erubuerint. e) Referimus hinc non immeritò loci qualitatem. In

Ægypto septenos edi partu unico ut plurimum *Trogus* retulit. f) Inde & septifer Nilus *Plinio* dictus, & ob fertilitatem Ægypti

oves sapius monstra producere putavit *Aldrovandus*. g) Cibum generationem seminis promovet, modicus vini usus in venerem animat. Quamvis enim apud Carthaginenses noviter maritatis prohibitum fuit vinum, eò quod aut fœtui labem

inureret, aut sterilitatem, semen aqvosum reddendo, adferret, tamen Vinum cum primis album generationi conducere, & præsertim partui ad ingenium conciliandum, statuit *Huartus*, h) Et

illud quod in Illyria provenit, *Wipachianum* (*Reinfall*) & in Italia ad portum *Herculis* natum, ad numerosam prolem facere creditur, ut ex aliis *Sachsus* recitat, i) ut adeò verè Bacchus sit

armiger & hortator Veneris. k) Salacitas nimia etiam post factam conceptionem superfoetationem causatur. Imaginatio an

quid conferat, dubitatur. Sive enim conceptio dum fit, sive post conceptionem illa Spiritus turbet Mechanicos, nihil spei prolis numerosæ acqvirendæ subest. Nil nisi monstruosum emerget, quia nec semen, multò minus fœtum jam delineatum

dividere aut multiplicare valet. Imò sæpè ne gemelli aut gemellæ in lucem prodeant, ex illis dum monstrum cudit in causa sit, monstrum *Hassiacum* abundè declarat. l) Quòd verò

causa sit, monstrum *Hassiacum* abundè declarat. l) Quòd verò

causa sit, monstrum *Hassiacum* abundè declarat. l) Quòd verò

causa sit, monstrum *Hassiacum* abundè declarat. l) Quòd verò

causa sit, monstrum *Hassiacum* abundè declarat. l) Quòd verò

D

z) *Scrut. Ing.* c. 17.

a) *v. Vvechtl* l. 1. de Hom.

Orient. & Occ. Disp. 7^a diff. 7. p. 561.

b) *v. Hipp.* Sect. 5 Aphor.

62. & *Galen.* Comment.

c) *Pontan.* l. 2 Bajar. p. 287.

d) *c. l. p. 158.*

e) *Virg.* l. 3^a Georg.

f) *Plin.* l. 7^a Nat. hist. c. 3^a

& *Solin.* Polyhist. c. 3.

g) *Hist. Monstr.* c. 6. p. 549.

h) *c. l. c. 21.*

i) *l. 2. Ampe-* logr. Sect. 6.

m. 2. c. 5. p. 260.

k) *Apulej.* l. 2 de aur. asin.

l) *Heil.* c. l. c. 2 n. 6. p. 15.

ex sola imaginatione illustris matrona Magdalena d' Aurmont, Hieronymi Augusti de Montelione Equitis Galli uxor Emanuelem conceperit, prout legitur apud *Th. Bartholin.* m) rumor inanis fuit, referente *Petro Sanchio.* n)

m) de Paral. N. T. 2. p. 43.

n) ap. Thom. Barth. Cent.

r. Epist. 18. p. 90.

o) Harv. Exerc. 69. p. 446.

*). Heiland. c. l. n. 35. p. 21.

p) Harv. Exerc. 24. p. 167.

q) Joh. Dan. Maj. Diff. Bot. de monstros. plant. Gott. §. 21.

r) l. i. Horti Cult. c. 17. §. 17.

f) Senn. c. 1. t) c. l. p. 217.

u) Exerc. 69. p. 449.

§. 10. Membranas unusquisque Gemellorum obtinet proprias, proprios itidem humores, o) ob causam nullam aliam, quam ut unusquisque conceptus sibi soli relinqueretur, neve contactu invicem facto colliquamenta coeant, & monstrificum quid edatur, *) non aliter ac si in ovo gemellifico duæ illæ cicatriculæ simul aperiuntur, & in unum transeunt oculum, pullus monstrosus emergit, p) & arborum & plantarum stipites coalescunt, q) prout experimento confirmat *Laurenbergius*, r) ut una placenta evadat quasi compendium plurium. Vnam tantum illis placentam quidam adscribunt, quia in uno coitu, aut mox iterato concipiuntur Gemelli. s) Sed illa placenta non est una per genuinam partium continuationem, sed per quandam contiguitatem, & mutuam adnascantiam. Nam linea conspicua utramque partem determinans, ita eas dividit, ut unius medietas uni funiculo umbilicali, & alterius alteri evidenter sit appropriata: ut rectè oculatissimus *VVarthonus*, t) qui perinde esse in Gemellis, siue eos duas placentas, siue unam hoc modo divisam dixeris, adserit. Vasa umbilicalia pariter quisque, foetuum propria obtinet, ut in cervarum geminis deprehendit *Harvæus*. u) Quæ verò à superfœtatione partum numerosum gestant, illorum foetus singuli propriam obtinent uteri placentulam separatam. Nutriuntur pariter ad eundem modum ut foetus simplex. Idem de parvulis numerosiore fit iudicium.

CAPUT IV.

Differentia Gemellorum. Partus numerosi. Superfœtationis.

§. I.

Differunt Gemelli ratione sexus, quando vel unius sunt sexus, vel diversi, vel dubii. Vnius sexus dum sunt, vel maresambo, vel foemellæ. Cur verò ab utroque parente unius sexus foetus derivetur, altioris indaginis res est. Illud sæpè miratus sum

ex-

exclamat *summus Harveus*, x) quare cum prolem ut plurimum x) *Exerc. 37.*
mistam quandam fabricam seu compositionem ab utroque Paren- p. 273.
te obtinere videamus, idque in ceteris omnibus partibus, idem ta-
men in genitalibus non eveniat: sed plerumque aut mas, aut fœ-
mina nascatur, aut Hermaphroditus. Causam verò hanc dat
Grembsius, y) dum pars feminis alteri prædominatur, species ex- y) c. l. p. 70.
surgit maris vel fœminæ. Idem ferè respondent *Parisianus*, z) & num. 21.
Marci. a) Non verò semper de quantitate feminis, sed de excel- z) l. 3. *Exerc.*
lencia ejusdem verum id est, prout nimirum altius sigillum ma- 4. c. 3. p. 166.
sculino inditum est spermati, illud dum virtualiter in fœminino e- & c. 11. p. 183.
tiam latet, id evocat virtutis plasticæ auxilio, & masculi imagi- 184. & 188.
nem delineat. Quod si fœmininum fortiori impressione pol- a) c. l. part.
leat, secus evenit. Diversi sexus sunt, quando unus gemellorum III. sub Sect.
mas, alter fœmella vocatur. Hos uno coitu concipi posse su- 4. p. 384.
perius dicta declarant. b) Dubii sexus Gemellos dari certiores b) c. 2. §. 8.
nos reddit *Lycosthenes*, c) quando ita scribit: Anno 1486. ad Hei- c) l. de Prodi-
delbergam in agri Palatini pago Rorbachio Gemelli nasceban- giis.
tur, dorsis coherentes, & ambo Hermaphroditi. Alii sunt per-
fecti, alii mutili, & ex parte monstrosi. Exemplum suggerit *Si-*
nibaldus. d)

§. 2. Aliquando Gemelli ejusdem sexus similes sibi quo- d) l. 3. Tr. I. c. 3.
ad faciem & habitum corporis deprehenduntur, aliquando dis-
similes. Iterum relationem *Sinibaldi* huc refero, e) quæ ita ha- e) l. 8. Tr. II.
bet: Vixi sunt aliquando Gemelli, ad eò lineaturis, formâ & sta- c. 1. p. 855.
turâ simillimi, ut vix à parentibus, nisi vestium diversitate distin-
gvi potuerint. Peperit, pergit, tam similes mihi aliquando uxor
mea suavissima *Adriana de MonGallis*, ut non nisi nutricum
narratione unum ab altero distingvere valerem. Notabile est
illud *Guilhelmi Pisonis*: f) In *Paranambuco* Anno 1638. ex *Æthio-* f) l. 2. de Med.
pissa & *Lusitano* gemelli masculi nascebantur validissimi, alter *Brazil.* c. 17.
albâ cute, alter nigrâ, crispis capillis, oculis cæcis. Et mon- p. 34.
strosus non rarò jungitur naturali. Anno 1531. *Bononiæ* penes
Portam Viæ majoris in viculo *Torlione* nuncupato, quædam
mulier enixa est masculum omnibus suis membris integratum,
mox fœmellam sine capite, brachiis & cruribus, & in regione col- g) *Aldrov.*
li parvum veluti orificium apparebat. g) *Hist. Monstr.*
c. 3. p. 402.

D 2

§. 3. Si-



§. 3. Similitudo & dissimilitudo hæc non tantum variat aut concordat ratione sexus & habitus corporis, sed & animi, dum, quamvis non voluntatibus distent, instituto tamen propositoque vitæ sint dispares, ut soror & frater *Roderici à Castro*, h) interdum & corporis habitu & moribus & vitæ instituto non conveniunt, ut *Jacobus & Esau*, de quibus ipsa *Sacra* consulantur *Ora-cula*. i)

b) l. c. p. 148.
i) Gen. c. 25.

§. 4. Porro quidam Gemellorum vivam adhuc matre lucis, usuram capiunt, quidam mortuam. Apud *Salmuthum* legitur, k) gravidam à Clerico trucidatam Gemellos peperisse. Quid causæ? an solius foetus motus? ita videtur, qui facilius laxatis vinculis & claustris muliebribus procedit, quemque fermentatio humorum mortem statim insequens juvare creditur. Vita masculorum peculiaris *Helmontii*, l) dubia, imò nulla, m) nec vegetatricis facultatis reliquias hoc opus promovere nobis per-suadebit *Salmuth*. n) Aliquando gemelli vivi ambo, aut unus saltem spiritum trahit. Vopiscus talis antiquis dictus, referente *Plinio*. o) Separati sunt, interdum connati. Connascuntur, inquit *Parisanus*, p) quando semina aliis proximis vicibus in utero projiciuntur: ita ut semina vel secundum plures, vel secundum aliquam sui partem velaminibus indui & obvolvi non possint, & quâ parte sui non velata, sed nuda & detecta sunt, ununtur conjungunturque. Ansam huic malo præbet pariter ex concussione aut terrore facta membranarum ruptio. Notabile est, quod *Aldrovandus* q) annotavit: Colloquebantur invicem mulieres, quarum altera geminos in utero gestabat foetus, sed tertia mulier superveniens de improvise capita colloquentium concussit, unde frontibus connatos gemellos post peperit. Ita clunibus connatos, umbilico, pectoribus, capitibus, pectore & maxilla inferiore, dorso, depinxit idem, r) ante hunc vero talia exempla collegit *Schenkius*. s) Anno 1615. monstrum bicorpor Regii natum utroque sexu, unus gemellorum erat *Æthiops*, alter albus. t) Gemelli quidam tempore partus modo naturali capitibus uteri angiportum perumpere tentant, quidam pedibus, & hi *Agrippæ* vocantur, aliquando unus capite, alter pedibus exitum querit.

k) Cent. 2. Obs. l. p. 60.
l) Tr. Vita multiplex in Hom. p. 579. m) Thom. Barth. l. 1. Anat. Ref. c. 6. p. 28. n) c. l. Observ. 36. p. 25. o) c. l. p) l. 3. Exerc. 7. c. 3. p. 203.
q) c. l. c. 11. p. 634.
r) c. l. p. 628. Peucer. de Divinat. Fit. Teratoscop. p. 729. s) l. 5. Obs. med. 19. & sq. t) Aldrov. c. l. p. 637.

§. 4. Par.

ralis
abfo
mer
gis a
tem
abor
qua
qua
stat.
qua
qvo
fabu

simp
risto
vit S
cont
nis m

S

S
g
trum
dam
tuum
ultim

utero
fignu
in ut



§. 4. Partus numerosus est vel naturalis, vel praternaturalis. Naturalis quibusdam quinario, quibusdam septenario absolvitur. Quamvis vero nobis de certo & determinato numero non constet, *) tamen quod plures apparent foetus, eodem magis ab eo, quod est secundum naturam, recedit. Fittalis vel justo tempore, & tunc verè hoc nominis ipsi tribuitur, vel ante illud abortu quandò rejicitur. Numero aliquando constat pari, aliquando impari, aliquando omnibus unus idemque sexus, aliquando modò masculinus, modò sequior numerum quod spectat, prævalet. Molæ pariter aliquando se huic immiscent, aliquando monstra. Quæ de Selenitidis mulierculis referuntur, quod ova pariant iisque incubantes homunciones excludant, x) *) Parifan. Exerc. 3. c. 32

§. 5. Superfoetatio ἐπιμόσσις succedit, partim conceptui simplici, partim gemello, cujus posterioris exemplum narrat Aristoteles. z) A superfoetatione geminos aliquando natos notavit Sennertus. a) Quædam paucis post conceptionem diebus contingit, & gemellos, ut diximus, sæpè refert. Superfoetationis monstrosæ b) ut & Epidemiæ c) mentionem fecit Schenckius. P. 155. y) Aldrov. c. 1. c. r. z) l. 7. hist. anim. c. 4. a) c. 1. c. 63. P. 308. b) l. 4. Obs. Med. 128. c) ib. Obs. 127.

CAPUT V.

Signa Diagnostica Gemellorum. Infida. Cujus sexus Gemelli incertum. Partus numerosioris & superfoetationis signa Diagnostica. Prognostica.

§. 1.

Signa Diagnostica duo respiciunt, an nempe Gemellos utero gegerat gravida? Dein cujus sexus, an unius an utriusque? Utrumque hariolari non hominis sed Apollinis est. Prius ut quidam demonstrent, allegant (α) abdominis tumorem (β) motuum diversitatem (γ) lineam abdomen dividentem (δ) pedum ultimis mensibus inflationem.

§. 2. Sed hæc vix fidem merebuntur, quia si unicus foetus utero clauditur, etiam apparent. Abdominis tumor infidum signum. Sæpè namque accidit, ut mulieres aliæ plus humorum in utero, dum gravidæ sunt, cumulent, aliæ minus, atque hinc evenit.

D 3

evenit.

d) Sennert,
c. l. p. 306.

e) Deusing.
Epist. ad Th.
Bartholin. de
insol. part.
viis. c. 20.
p. 187.
f) c. l. p. 208.

g) Fund. Med.
Physiol. c. 20.
p. 579.
h) c. l.
i) Obs. 45.

k) De Urin.
c. 1.

l) 2. 1. Tr. 3.
summ. 2. c. 10.
& 21. 3. tr. 1.
c. 1.

m) Vid. Kol-
reuter. c. l. c. 3.
n) de cur.
grav. c. 3. f. 8.

o) S. 5. aph. 38.

evenit, ut quæ unum tantum foetum gestant d) tam magnam ventris molem habeant, qualem interdum vix habent, quæ Gemellos alunt. Neque certi quid protuberantia in latera, quia quandoque ex æquo ab uno foetu contingit. e) Nec motuum diversitas, quam non raro in gravidis ex solo Embryone tantam observavit Th. Bartholin. f) ut jurasset Gemellos utero regi: & in Gemellis motum adeo exiguum vidit, præsertim ultimis mensibus, quia arctius inter se connexis Gemellis locus pro motu deficeret, ut pro simplici foetu vix sufficiens videretur. Comperit præterea est, vermes, imò lapides in utero motum talem concitasse, prout notabilem historiam recitat, meus quondam in alma Salana Præceptor fidelissimus Dn. D. Mæbius. g) Lineam externam in abdominis medio fallere in propria uxore expertus Th. Bartholin. h) Inflationem pedum & tibiærum ultimis mensibus pro certo signo habuit Pakequus, i) sed perpetuitatem defiderat sæpè citatus Bartholin. Medicis quibusdam coenosa matula pro oraculo est. Secus verò visum est eruditioribus. Nunquam imprægnationem factam ex sola urinæ inspectione prædicere voluit, expertus quamvis sui temporis Medicus, Kolreuterus, k) & Sinibaldus semper ingenuè professus est, se nondum ad tantam artis peritiam pervenisse, ut talia prædicere posset. Si gravidarum urina certum imprægnationis signum monstraret, sub tot larvis non luderet, incantosque deluderet. Signa ab Avicenna l) urinæ gravidarum ascripta, etiam in virorum urinis apprehendit Bernhardinus Paternus. m) Et cur mutaret in gravidatio urinam, cum tamen non sit affectus præter naturam? Experimentum Herlicii n) superstitiosum esse sæpius apprehendimus. Si proinde simplicis foetus prognosticon ex urina haberi non poterit, neque duplicis indicium à prudente ex illa sperandum. A mammis signa licet desumere expectas, dum ambæ florido tument colore, nec firmo insistes pedi. Svadet id quidem Hippocr. o) autoritas, verum nec huic perpetuitatem largiri voluit experientia. Si signa hæc concurrant, sique antea vel semel tantum mater gemellos in lucem produxerit, aut consanguineis ipsius id extiterit familiare, probabili ratiocinio id saltem erit asserendum. Quid verò de collisione infantum in utero, quæ horrorem incusfit

cusfit Rebeccæ? Ad motum hoc retuliffemus, nisi extraordinario modo, peculiari instinctu Dei, sicut subsultatio Johannis Baptistæ in utero, contigisset. p) Motum verò hunc pro gemellis interpretari noluit mater, quia erat primipara. q) Terrebatur inde, quia putabat se spectri r) aut monstri aliquid alere. s)

§. 3. Nec minus laboriosum colligere, cujus sexus gemellos gestet utero gravida. Mares dextram, foemellos sinistram uteri partem occupare pronuntiabat Hipp. t) sed hic in mentem nobis revocamus illud Scaligeri, u) maxima ex parte vera esse quædam Hipp. pronuntiata, inter quæ & locum præsentem reponit. In propriis uxoribus contrarium deprehenderunt Brassavola x) & Th. Bartholin. y) Autoritatem Dictatoris tuetur vox addita μαλλον. Foeminam benè coloratam masculum de colorem foeminam utero cingere idem z) dicitur. Sed rectè Excellentiss. Langius: a) Est & hic aph propositionis indefinitæ, quæ non semper, sed ut plurimum veritati respondet. Si in dextrum latus cubet frequentius gravida, mares promittunt, si in sinistrum, foeminas. Item, si dextrum pedem prius moveat, altiusque imprimat. Mutuò accipere forsan hoc signum à venatoribus, qui si cervæ prægnans sclopeto trajecta in dextrum latus cadat, marem in utero latitare pollicentur, foeminam, si in sinistrum. b) Hæc signa ad Gemellos trahi minimè posse ipsa probat experientia, svadet ratio. Si namque utriusque sexus gemellos utero clauderet mater, utrumque pedem simul movere, in utroque latere simul cubare, & vividum & defloratum colorem obtinere deberet, quod impossibile. Si unius, dextrum latus masculis repleretur, vacuo relicto sinistro &c. Ne ergò cum incertis amplius nobis res sit, ad alia pro gredimur.

§. 4. Partum numerosiorem præter solitum abdominis distensio patefacit. Narrat Franciscus Picus Mirandula, Dorotheam Italam gemino partu viginti filios edidisse, primo quidem novem, altero autem undecim. Idcirco gestans utero longa & lata fascia circa humeros alvum ad genua procumbentem fulcire cogebatur. Iconem hujus vide apud Aldrovandum. c) Quot viciibus in rem incongruam fertur foemina, tot foetus fovet. Anno 1506. quædam Misenæ pedes nudatum videns juvenem, duplici
eoque

p) Gerhard. Comm. in Genes. c. 25. q. 1. p. 512.
q) Th. Bartholin. c. l. p. 210
r) Sim. Musæus in Genes. Homil. 86. p. 260.
s) Luther. Tom. 3. in Genes. f. 11.
t) S. 4 aph. 48
u) Exerc. 271 f. 1. aph. 818.
x) Comm. in f. 4. aph. 48.
y) Cent. 5. hist. 88.
z) f. 4. aph. 42
a) in not. ad h. l. §. 2.
b) Salmuth. Cent. 2. Obs. 25. p. 70.
c) Hist. monstr. c. 1. p. 57.



eoque gravi morfu furas ejus petiit. Sollicitabat & tertium, sed propter doloris vehementiam abnuebat juvenis, paulò post duos vivos, tertium vero mortuum luci donat infantem. d) Superfoetatio non facillè cognoscitur, nisi fortè ex motu infantis, si tardius in utero conceptus sit & moveatur. e)

a) Georg. Fabr. Chron. Mifn. Adde Langium. l. 2. Epist. 12.

e) Sennert. c. l. c. 6. p. 309. f) Forest. l. 28 Obs. Med. 75. p. 757.

g) de insol. part. viis. c. 1. P. 3.

b) s. 5. aph. 38.

i) Galen. 14. d. U. P. c. 8. Knobloch. Disp. Anat. 3. c. 7. §. 15.

Casp. Hoffm. l. 1. Inst. Med. c. 27. Spigel. l. 9. d. Fabr. hum. corp. 0. 2. Vidius. l. 5 Anat. c. 12.

k) Th. Barthol. Cent. 1. hist. 32. & 92.

& Cent. 4.

§. 4. Prognostica concernunt vel matrem vel foetus. Marti semper cum majoribus conficiendum est molestiis, imprimis partus tempore, quo copia fructuum lactuum multitudine combinata deprehenditur. f) Auget malum foetuum imbecillitas, aut si uno mortuo alter exitum quaerat, aut si pedibus lucem ambiant. Mortui Gemelli aliquando in utero putrescunt & enormia symptomata concitant, ut miseræ illæ Ingeræ ap. Th. Bartholin. g) accidit. Si mater non sit tantarum virium, ut labori huic sufficiat, desperata res est. In monstrosis & connatis idem praesagire licet. Primiparis, (imprimis senioribus) periculosior & difficilior hic labor cedit. Mulieri Gemellos ferenti si altera mamma extenuetur, alterum abortu edit, & siquidem dextra mamma gracilis fiat, marem, si vero sinistra, foeminam, secundum Hipp. h) Hoc ipso tria nobis singularia proposuit senex venerandus. Promontorii microcosmici & vallis genitalis consensum, quem alii venarum epigastricarum & mammariarum anastomosis, i) quam tamen observare oculatis simi & exercitatis simi in Anatomicis viri k) non potuerunt, ascripsere. Langius l) animi affectibus id acceptum refert. Sanè venarum, arteriarum & aliorum ductuum canales multum hic facere docet humorum ex mammis in uterum, & ex utero in mammam metamorphosis, v. g. dum sanguis menstruus saepius per mammam evacuatus fuisse legitur. m) Alterum est: Alterum è gemellis abortu excludi posse altero salvo, quod tamen rarissimum, secundum Sennertum, n) imò vix probabile videtur, si placentam connatam, qua radicantur, si uteri turbas, graviores etiam illis, quæ in vero partu accidunt, si mutuum denique affectum, quo conspirant gemini, attendas. Tertium hist. 6. Lyserus l. 1. Cultr. Anat. c. 2. p. 14. Jessen. Anat. Pragens. p. 28. Deusing. de Lact. p. 419. Rolfinck. l. 5. Diss. Anat. c. 27. l) Miscell. Med. Curios. Gymn. 3. §. 8. m) Anat. Lusitan. Cent. 2. Cur. 21. Cordæus Comm. in l. 1. de morb. mul. Hipp. n) Sennert. c. 1.

tiun
re, q

vacio
tem
accio
mare
trario
à Si
utpl.
diis p
lecta
nata
die co
Polif
Epicu
tem a
astro
eand
sione

abor
mino
rum
mam
perio
citur
quid
tatur

Re

A

tium mares dextrum, foemellas finistrum uteri locum sibi vindicare, quod superius a nobis tactum.

§. 6. De Gemellis ipsis hæc prædicunt: Unius sexus sunt vivaciores, quam diversi, propter varietatem seminis, inæqualitatem incrementi, motus ac perfectionis diversitatem, ob quam accidit, ut feliciter eodem tempore edi non possint, sed ut aut marem p. n. cunctari aut foeminam prævenire necesse sit. n) Contrarium exemplis demonstrant *Rod. à Castro*, o) & *Balth. Timæus* n) Senn. c. l. o) c. l. p) *Guldenslee*. p) Gemelli mutuo affectu se invicem prosequuntur ut pl. ut ab una anima duo corpora dependere videantur. Sturdijis pariter iisdem, & eodem vitæ genere, unius sexus si sint, delectantur, communique fruuntur sorte. Castris duæ gemellæ natæ, quæ non solum omninò similes fuerunt, sed etiam eadem die conjugio junctæ, virisque eandem artem profitentibus. q) Ita Polistrates & Hypoclidès eodem die nati, eundem Præceptorem Epicurum habuerunt, idem patrimonium possederunt, senectutem attigerunt, & eodem die mortui sunt. r) Rejicit causam in astrorum influxum *Borellus*, s) nos addimus seminis & alimenti eandem qualitatem, & eandem à parentibus factam impressionem. q) Borell. Cent. 2. Obs. 94. p. 186. r) Valer. Maxim. l. 1. c. 8. s) c. l.

§. 7. Partus quò numerosior, eò molestior, magisque ad abortum inclinatur ob alimenti penuriam & loci angustiam. Terminus viros fortes evadere exemplo Horatorum & Curiatorum probat *Scipio Mercurius*. t) Superfoetatione longo post primam conceptionem intervallo facta, matrigravida imminent pericula, & subsequens conceptus ut pl. imperfectus abortu rejicitur. Si verò primam conceptionem excipiat altera, facilius quidem partus procedit, difficilius tamen illo, qui gemellos enittitur ob separatas reipsaq; duplicatas secundinas. t) p. 1. de obstetr. mun. c. 27. p. 304. De his Dionys. Halicarnass. l. 3. Antiq. Rom.

CAPUT VI.

Regimen Pregnantis. Aër. Cibus. Potus. Motus. Quies. Somnus. Excreta. Animi pathemata.

§. 1.

Absolvitur illud rerum non naturalium observatione. Aër sit temperatus, & si non talis, aptis & notis suffumigiis talis red-

E

red-

u) T. 1. Herm.
 Rediviv. 1. 2.
 c. 13. probl. 1.
 p. 371.
 x) Confil.
 Med. de Co-
 met. p. 125.
 y) 2. hist.
 anim. 4.
 z) l. 2. Obs.
 Med. c. 24.
 p. 139.
 a) Gent. 3.
 obs. 26, p. 218.
 b) Schenck.
 l. 4. Obs. 131.
 p. 266.
 c) Senn. l. 3.
 Med. Pr. p. 1.
 f. 2. c. 1. p. 113.
 d) Salmuth.
 Cent. 3. Obs.
 86. p. 153.
 e) l. 2. Epist. 51
 f) Tom. 3.
 Confil. 139.
 * l. d. nat.
 puer. n. 4.
 g) vid. Sylvat.
 Contr. 82.
 Castrens. l. 4.
 opusc. q. ex.
 quibus c. 6.
 h) Comm. ad
 l. 2. de morb.
 popul.
 i) Theodor.
 Zvinger.
 Com. in l. d.
 nat. puer.
 p. 167.
 k) Merc. l. 1.
 Pr. d. morb.
 puer.

datur. Vitetur humidus australis, quia abortire facit, borealis verò
 expetatur, quia foetum roborat. Rationes dare nititur *Bikkerus. u)*
 Neq; foetidus sit neq; fragrans, quia uterq; uterum ad expulsionem
 irritat. Non immerito inde crebros abortus Naturæ deficientis &
 depravati aëris indices dixit *Th. Barthol. x)* Lunæ radii vitentur.
 §. 2. Cibus sit *β'πεπλ' & β'χουμ'*, non acris, non amarus,
 non nimio abundet aut condiatur sale. Ex rerum falsarum usu ni-
 mio foetum sine unguibus proditurum asserit *Aristoteles, y)* cujus
 effati veritas miror cur non luxerit in illa gravida, quæ referente
Tulpio 7) mille & quadringentos haleces ante partum sine ventri-
 culi noxa ullove dispendio comedit. Butyri usum prægnantibus
 noxium fuisse non semel observavit *Borellus. a)* Quid si absurda
 appetant? Concedantur, ne abortus sequatur, aut stigma foetui
 inuratur. *b)* Detur juxtim opera, ut illis blandè persuadeatur, ne si-
 bi in talibus indulgeant, atq; ea, quæ damni & ipsis & foetui quid
 asserre possint, non nimis avidè appetant, aut certè, si appetitum
 cohibere nequeant, parcè saltem degustent. *c)* Fructus crudi vi-
 tentur, quia fermentationem in intestinis cient, inde flatus, ex his
 tormina, quos abortus insequitur. Imprimis verò uvæ nobis sur-
 spectæ. *d)* Vinum nigrum absurdum *Langio e)* & *Mercuriali. f)*
 Eligatur potius rubrum, quia modicè astringere dicitur. Cerevisia
 sit clara & ritè defecata.

§. 3. Motus nimius fugiatur. *Hipp. **) Psaltriæ consilium
 dedit, ut saltu repetito sex dierum conceptum in terram projice-
 ret, & inde perjurii postulatur. *g)* Sed salvari poterit senis divini
 autoritas, si cum *Galeno h)* Polybo discipulo Hipp. librum istum
 ascribamus, imprimis quia *λέξις & πείξις* ab Hippocratea brevi-
 tate videntur esse alienæ. *i)* Quies conducibilior, interim sedes vi-
 tetur in sella humili, ne foetus pravè figurentur. *k)* neq; cruribus
 divaricatis, sederant ne pedes manusq; distortas inde gemelli re-
 portet. *l)* Constrictio thoracis & abdominis nimia à vestitu arctiori.
 Gemellos, qui locū ampliorem expetunt, reddit mancos, malè for-
 matos, exiles **)* imprimis per illa instrumenta tentata, quæ plan-
 chettes vocant. Quadrat in tales illud *Hieron. Thriverij. †)* Fastus
 in mulieribus potius quædam stultitia est ex imitatione nata, quæ
 vera

l) *Paræus l. 25, op. Chr. c. 11. *) Galego. de la. Serna. tr. 2, de Conf. infant, c. 2.*
 †) *M. M. univers. p. 44.*



vera superbia. Nec permutatio, tussis vehemens, aut aliæ corporis
concussiones in usum trahantur. Somnus præ vigiliis expetatur.

Alvus respondeat, Dura namq; *m)* & Tenesmus *n)* abortum pro-

vocant, aut etiã ante tempus à natura destinatũ foet⁹ excludunt. *o)*
§. 4. Animi Pathemata fugiat. Terror quid, quæve foetui im-
primat stigmata, observationes Medicorum docent. *p)* Aspectus
rerum terribilium removeantur, caveat à sonis magnis & repen-
tinis. Plurimæ namq; tonitru aut tubarum strepitu audito statim
ovium more abortierunt. *q)* Ita in Martia illa Romana non à ful-
mine, ut quidem vult *Plinius r)* sed à terrore foetus exanimatus
est. Et quidam Hebræorum cervis pavidis tonitrua ad partus ex-
clusionem facere perhibuerunt, & quædam è sacris literis loca
allegarunt, cõchasq; abortire à tonitru quasi terrefactas, *Plinius t)*
suis inseruit. Venus an in usum trahenda? Primis mensibus ea re-
formidatur, quia Gemellis adhuc tenerioribus facilè abortus infe-
quitur. Non dicam hujus utum aliquando superfœtationem exci-
pere, inde major ingruente partu extimescenda calamitas. Mediis
mensibus conceditur à quibusdam, sed nec tunc superfœtationis
metus abest. Ultimis mensibus quæ celebratur ad partum facilio-
rem facere creditur.

CAPUT VII.

Corroborantia matrem. Privativa. Positiva?

§. 1.

OMnes corroborantia specifica jactant, quæ verò talia sint,
quomodoq; virium jacturam resarciant, pauci scrutantur.
Sparsit quædam de his *Sennertus, u)* quem vide. Nobis ea dividere
libet in privativa & positiva. Illa sunt, quæ sarcina excrementicia
naturam gravatam liberant; hæc quæ fragrantia & spirituositate
spiritus sopitos & concentratos revocant, eorumq; lumini ex-
tinctioni proximo flammam addunt.

§. 2. Privativa educunt vel Plethoram vel caeochymiam.
Plethoræ averruncus strenuus est venæ sectio, hujusq; vicariæ cu-
curbitulæ. Venæ sectionem in gravidis etiam Plethoricis reformi-
dant quidam ducti auctoritate *Hipp. x)* sed mentem Hipp. hos nõ
rectè affecutos esse regerunt alii. Conditionatè Hipp. loqui asserit
Claudinus, y) liberiolem & antiqvis usitatam eum recusasse volunt

E 2

Heur- p. 105.

m) Hildan.
Cent. 6. Obs.
Chir. 62.

p) Hipp. l. 7.

n) Hipp. l. 7.

o) Bontius l.

3. d. Med. Ind.

c. 5. f. 25.

p) Gemma, l.

1. Cosmocrit.

c. 6. Hildan.

Cent. 3. Obs.

56. Ex. 2. p.

241. Tulpius

l. 3. Obs. Med

c. 29. p. 241.

Laurent.

Straufs Epist.

ad Com.

Dygb. p. m.

139. Helm.

tr. d. inject.

mat. n. 9.

p. 478.

q) Bikker.

c. l. p. 371.

r) l. 2. c. 51.

s) Pl. 28. 9.

t) Job. 39. 1. 2. 3.

u) l. 9. c. 35.

v) in Para-

lipom.

x) l. 5. aph. 30.

y) l. 2. d. in-

gress. ad in-

firm. c. 1. l. 1.

p. 105.

z) in not. ad *Heurnius* z) & *Sennertus* a) & tantum abest ut Hipp. eam in gra-
 h. l. p. 359. vidis exhorruerit, ut potius primus in illis exercuerit probante
 a) l. 5. inst. *Zacuto*. b) Fœtæ confert hæc operatio, ut abortus præcaveatur. c)
 Med. p. 2. f. 1. Fœtui ne in matre circulatio sanguinis inhibita à mole cruoris, &
 c. 17. p. 1165. in fœtu motus ille circularis, qui à matre dependet, ut demon-
 b) l. 1. Med. Pr. stratur *Maurocordatus*, d) sufflaminetur, & ita suffocetur. Quid? quod
 Hist. q. 22. à morbis eundem præservet. Quædam imprægnatæ sanguinem è
 p. 61. vena communi sibi trahere iusserunt, referente *Foresto* e) ne in-
 c) *Henric*, ab fantes scabiosi evaderent. Inde concludit *Courveus*, f) omnia mala
 Heer Obs. 14. p. 132. Rod. à quæ gravidis & puerperis accidunt, ex hujus neglectu propullula-
 Castrol. 2. de re. Tempus si expectas, omni mense phlebotomas feliciter pepe-
 nat. mul. c. 13. risse *Zacutus* g) testatur, nos tamen medium gestationis tempus,
 Riverius l. 15. Prax. c. 16. nisi necessitas aliud dicitur, eligimus. An verò è talo sanguis ex-
 d) Instrum. trahendus? Nil mali inde metuendum esse modò citatus *Zacutus*
 Pneumat. Circul. Sang. b) exemplo alicujus adulteræ persuadet, quæ ut abortum procu-
 c. 11 p. 95. raret, sæpè è talo sanguinem misit, & tamen Gemellos in lucem e-
 e) l. 2. Obs. M. didit. Verum, ne, si sinister eventus factum comitetur, medicus te-
 29. p. 49. meritatis postuletur, superiores venas in brachiis secet. Cucurbi-
 f) Part. 3. tulas itidem non nisi in scapulis & brachiis approbamus.
 Paradox. c. 13 p. 751. §. 4. Cacochymia saburra ut è venis exturbetur, purgantia
 g) c. l. Obs. præstant. Vomitoria exulent, quia expultricè stimulant, muscu-
 30. p. 62. los abdominis comprimendo. Lenia quidam commendant, quia
 h) c. l. hist. 32. natura ipsa aliquando salutarem gravidis vomitum procurat. In
 p. 59. Add. natura ipsa aliqquando salutarem gravidis vomitum procurat. In
 Grembsl. l. 2. pica non adeò hæc reformidanda. Per inferiora purgantia non
 c. 1. §. 12. n. nisi turgente materia propinentur. i) Turgere verò dicitur ma-
 76. p. 234. teria *Claudino*, k) (α) ubi materia in partem aliquam principem
 i) Hipp. f. 4. tendit, (β) ubi ad loca purgationis inclinat (γ) quando huc & illuc
 aph. l. iisdem verbis repetit concitata fœtui & matri periculum creat. Tempus congruum sunt
 f. 5. aph. 29. menses medii. Medicamenta non sint scamoneata & metallica,
 k) Resp. Med. sed lenia. Rhabarbarum & decoctum senæ Mynsichti, l) dosiq; mi-
 31. p. 200. nori porrigantur. m) Aloëtica, quia ardorem & tumorem ani com-
 l) f. 25. Arm. citant, ut expertus est *Solenander*, n) & hæmorrhoides concitant.
 p. 36. ob causas à *Waleo* datas, o) sæpius in usum minimè trahenda.
 m) Courveus Dum v. purgantur, apponitur ventri panis tostus c. Nuc. Moschat.
 c. l. p. 252. *Claudin*. p) aut linteum Balsam. Embryon. madefactum. Clysteres à quibus-
Claudin. c. l. p. 201. dam valdè laudantur, q) moderata tamen sit eorum quantitas.
 n) f. 4. Conf. Ad-
 M. 20. p. 379. e) M. M. p. 45. p] Grembsl. l. 2. arb. integr. & ruinos. c. 1. §. 12. n. 78. p. 234. q] *Langius* in not.
 ad f. 4. Hipp. aph. 1.

Advertit *Claudianus*, r) mulierculis quibusdam inesse quasi innata r) e. l.
tam quandam proprietatem, quæ fiat, ut non sine insigni corpo-
ris agitatione Clysteres perferre possint, quæ si adsit, usus eorum
dem explodatur. A Diureticis caveas, quia aperiendo abortum
causantur, idcirco & acidularum usum gravidis interdixit *Sebr-*
zins. s) Sudorifera, necessitate postulante, sint mitiora.

§. 5. Positiva vo camus, quæ proprietate peculiari matrem
& fœtum roborare dicuntur. Balsamus Embryonum longo usu
& experientia approbatum est medicamentum, ut & ∇ a de cor-
de cervi (vires non tam cordi cervi quam aromatis ascriben-
da) in qua Margaritæ trochiscatæ Mynsicht r) aut Syrupus corall.
propinentur. Morsulos in propria uxore expertos descripsit
Galdenlee. u) Tinctura coralliorum, modò haberi posset legiti-
ma, egregiè partium internarum tonum firmare & conservare
singulari dissertatione non ita pridem demonstravit *Excell. Dn.*
D. Martin. Friedericus Seles! Promotor meus submissè colendus.
Universale confortans è spiritu mundi crudo quidam Chymici
moderniores parant. Sed controversa adhuc est spiritus mundi
existentia & quidditas, x) inde eadem nobis videtur ista medici-
na cum medicamentis è cinere nidoq; Phœnicis confectis. y) Si
verò cum *Fabro* z) spiritum hunc rorem rarefactum dicant, nil
novi quidem proponunt, ad alterandum tamen & confortan-
dum medicamentum egregiè conducibile. Externa Cataplasma-
ta & Emplastra ne mulierculas quidem latent.

f) *Dissert. 23*
de Acidul. 23

r) *f. i. Arm.*
p. 39.

u) *l. 4. Cas.*
Med. p. 227.

x) *Becher.*
Oed. Chym.
Tit. i. §. 4.

y) *Plin. l. 29.*
hist. nat. c. 1.

z) *l. 3. Pan-*
chym. f. i. §. 1.
p. 295.

CAPUT IIX.

Partus. Obstetricis officium. Situs Gemellorum varius. Medica-
menta in partu. Epilogus. Problema.

§. 1.

HÆsere hætenus in utero nostri Gemelli septem quasi men-
ses, totidem capitibus descripti, jam his ad finem tendenti-
bus, perfectionem suam nacti lucem videre gestiunt, inde obste-
trici pariter & Medici manus auxiliatrices implorant, ne matri,
à quo vitam hausere, mortem beneficii loco reponant.

§. 2. Quando igitur mater consuetis (si convenire videntur)
ante partum balneis & fomentationibus claustra genitalia lubrica
reddidit, jamq; legitimi parturientem corripunt dolores, obste-
trix adsit perita satis & cordata. Prudenter autem h. l. obstetri-

E 3

cem

a) in addit.
ad p. i. c. 27.
Scip. Mer-
cur. p. 306.

b) c. l. c. 23.
p. 261.

c) l. 28. Obs.
Med. 70.

d) Genes. 30.

e) Tetr. 4. f. 4.
c. 22.

f) hist. monstr
c. 1. p. 61.

g) c. l. p. 2. c.
12. p. 362.

cem monet *Experientiss. Dn. Praeses*, a) ne si percipiat adesse Gemellos, aut plures partus, id statim puerperæ notificet, cum ob futuros dolores geminatos animum facile despondere possit. Pariunt quædam decumbendo, facilius sedendo, in quem finem sellam, in qua non modò sedere, verum etiam decumbere possit parturiens, depinxit curavit *Excellentiss. Dn. Praeses*. b) In sinu ro- bustarum scæminarum Delphis pariunt teste *Foresto*, c) quod & in V.T. in usum tractum, d) & nostræ mulierculæ difficulter parientes ad sinus maritorum confugiunt.

§. 3. Obtinere Gemelli modò situm naturalem, capite dum exitum tentant, vel præternaturalem, quando pedibus. Si naturaliter constituti Gemelli simul exire cupiant, eò labore obstetrix, ut partui proximum educat, retruso non nihil ad uteri fundum altero, quod monet *Aëtius*. e) Priore excluso mora omnis seponatur (ne vis expultrix langueat foetusq; situs mutetur) & subsequens excipiat, qui conatu faciliori prodibit, quia prior illi viam planam stravit notante *Aldrovando*, f) Periculosior est præternaturalis, quando pedibus ambo perumpere conantur, irritus non tantum est obstetricis labor, si præternaturalem situm in naturalem vertere sit occupata, sed & damnosus. Gemellus namq; Gemellum impedit, intereaq; non rarò Charonti præda fit parturiens. Quocirca qua potest agilitate & prudentia unum post alium inunctis prius probè genitalibus & membris ritè dispositis lucem ut intueatur, promoveat, ut pluribus hæc inculcat *Scipio Mercurius*. g) Contingit & aliquando foetum unum in naturali, in præternaturali situ alterum locari, tunc obstetrix foetum naturaliter locatum excipere debet, alterumq; postea ad naturalem situm disponere: Sin secus eveniat, manibus statim apprehenso foetu exitus sollicitandus, antequàm partes inflammatione corripiantur. Sed hæc omnia, quantum quidem possibile.

§. 4. Aliquando unus foetus mortuus, alter vivus in utero hospitatur. Eò præprimis tunc annitendum, ut vivus orbem salutet, relicto mortuo, qui postea matre & recens nato resectis, etiam educendus. In connatis major est conatus, qui ita sæpius matrem fatigat, ut ad plures abire cogatur. Feliciter partus numerosiores non succedent, nisi successivè posteriores post primum prodeant, si tamen minores sint, per amplam regiamq; vi-
am

am simul plures exeunt. *h)* In superfœtatione totum negotium naturæ committendum. *i)*

§. 5. Tandem quod Medici est, restat pertexendum. Ille confortet laborantem ante editis, quæ ad jungat Trochisc. vitæ Mynsicht. *k)* Specif. Cephal. Magnif. Dn. D. Michaelis, *l)* ol. cinamom. Smaragd. præp. Mat. Perlar. & alia pro re nata ordinanda. Si moram in utero necstat, attendat an fœtus exitum moliat, an v. spurios tantum sentiat conatus puerpera. Quod si ita est, ne manibus opem ferat obstetrix incongruo tempore serio præcipiat, *m)* & à potionibus expellentibus absteineat. *n)* Instans partus si procedere recuset partum, facilitantia adhibenda veniunt. Venæ sectioni id tribuit *Courveus. o)* Vomitoriis crudelem Lucinam fugare contendit non sine felici successu *Billichius. p)* & ♀ vitæ felicissimè obstetricantem vidit, cui etiam astipulatur *Langius. q)* Rectè tamen *Præceptor meus ante novennium fidelissimus Nobiliss. Rolfinck. r)* monet, dum demum successum speratum sequi (quod probè notandum) si fœtus rectum habeat situm, in caput ad exitum primum, nec robustus sit, claustra perfringere sufficiens, mater etiam deficiat in officio & expellendi conatu. Ex quo colligitur, non adeò usum horum medicamentorum in Gemellis profuturum, quia si mul egredi nequeunt, & id quod egressuro cedit in beneficium, exterminio alteri esse poterit. Specifica, & alia speciosa medicamentorum nomina deficiens non capit pagina, petantur igitur è Practicorum Pandectis. Species Diaborracis non sine causa commendat Mynsicht. *s)* Helmontii arcanum è jecore & felle anguillæ ficcatis, & in pulverem redactis constat. *t)* Secundinas excutiunt spirit. & pulv. secundin. celeberrimi D. Michael. Sternutatoria ex Arcano Aluminis. Partum & secundinas segnius procedentes insigniter promotas fuisse, necessitant imposito super verticem oculo leporis experimento certò constat. *u)* Piper non inclinante addit, & oculos leporis in Martio capti eligit *Maccausus x)* & *Riverius y)* Ætites alterutro femori etiam alligatur. *z)*

§. 6. In lucem editi Gemelli quomodo tractandi, quibusve puerpera fovenda & nutrienda, alibi docetur. Nos Gemellos nostros minus propitia Minerva *u)* J. D. Major conceptos & irata Lucina exclusos luci exponimus publice, supremoq; Numini Delic. Hydebitas solvimus gratias. Quod si his benevolus Lector benevolentia admoberit ubera, de eorum incremento nulli dubitamus. Curiosis verò, ut & illi ad huc aliquid habeant, in quo se exercent, hoc Corollarii vice propinamus Problema: *An in fœtu modo nato chirurgia infusoria possit administrari per vasa umbilicalia, ut fœtus à futuris morbis præservetur?*

CHRISTO FORTUNANTI GLORIA!

Fœcundum partum, & tantò fœcundius ipsum
Ingenium pariter prodixit in Arte tuum.
Sic coluisse juvat Meditrinæ sacra, decore
Sic clarere ambis. Quod paris hocce Tibi.

Grator

h) Th. Bartholin. de in-
sol. part. viis
c. 19 p. 187.
i) Senn. l. 4.
p. 2. f. 4. c. 6.
p. 309.
k) l. 9. Armani
p. 177.
l) Lang. Mi-
scell. curios.
Gymn. 7. §. 1
m) Harveus
Exerc. d.
Partu p. 506.
n) Hildan.
Cent. 1. Obs.
64.
o) p. 3. c. 13.
p. 251.
p) l. 2. Obs. &
Paradox.
Chym. c. 14.
q) c. 1.
r) Diss.
Chym. 5. c. 21
s) l. 5. p. 115.
t) tr. Astræ
u) nec signifi-
cant n. 49.
p. 103.
v) J. D. Major
Delic. Hy-
bern. Inv. 3.
x) Prompt.
Mat. Med.
f. 15. c. 34.
y) l. 15. Med.
Pract. c. 18.
z) V. Baulch.
Schediasm.
de Ætit.

Grator propositum ! Tibi honoris digna gemelli
Ulterius genitrix sit quoque fama precor.

*D. Sigismundus Rupertus Sulzberger / Anat. &
Chirurg. P.P. & Fac. Med. Assessor.*

U Num multiplici de foetu pandis, Amice,
Foetum sagacis ingenii;
Ille Tibi multos pariat precor unus honores,
Ut fertili granum solet
Campo conclusum, culmo producere foetus
Multos daturus postea.

*In honorem Clarissimi Domini Respondentis, Autoris app.
Martinus Friedericus Sries / Ph. & Med. D.
Fac. Med. Assess. & P.P.*

V Idit ut hos Geminos, Garmanni, magnus Apollo.
Exultans tales protulit ore sonos:
Siccine vos cerebro concepit Jupiter ipse,
Depulit ac vestram lacte Minerva sitim?
Non ita Tyndaridae fratres in culmine splendent,
Ut vestro è genio lumina docta micant.
Crescite vos Gemini atque adolefcite, vivat & Autor,
Quo plures foetus posteritas numeret!

Gottfried Buxbaum, Med. Licent. & Pract. Illeburg.

התאמים יש מדרך רוב בינתך
ששמתה בלבב חכמי הרפואה:
למה עמלתה לרוח: אך תשיש
על הלוק אחר זרה רוב כבוד חיש:

*Amico suo aviternum colendo gratulabundo
ex animo ominabatur*

M. Johann. Winckler.

L Ac cum bibendum portigeret genus
Enixa duplex, Sole gravi & siti
Siccata, lympham Diva cessit
A Lyciae vetitam colonis.
Impune nunquam me rigidi Deam
Spernetis, inquit: verbaque queis Jovem
Flectebat hæc oprata reddit,
Ut sub aqua, sub aqua querantur.
Insigne fessæ præsidium Deæ
Et consulenti Tu melius sitim
Præsens levasses, Quid liqvores
Quid prohibetis aquæ maligni?


Non indecoro iudice Te modo,
Qui dote felix ingenii doces,
Partus Gemellorum levatur,
Pignora dupla vigent parentum.
Audire magnum jam videor Ducem,
Latona mater quem peperit, tuæ
Virtutis adclamare nomen
Laude Machaonia coruscans.
Sexus canoris hinc sequior modis
Plaudit triumphos. Hinc Tibi copia
Manabit ad majoris arcem
Laudis adire Deæ sacratam.

*Ita Fautorem & Amicum suum honoratissimum
debito excipit cultu*

Joh. Georg. Otto. Philiaater.

E I N I S





Leipzig, Diss.; 1666-67

ULB Halle 3
004 792 742



f

Sb.

Einband beschädigt

V317





CHRISTI FORTUNANTE GRATIA!
DISCURSUS PHYSICO-MEDICUS

DE
GEMELLIS ET
PARTU NUME-
ROSIORE, *1667, 18*

Quem
Annunte Gratiofo Medicorum

Ordine in celeberrima Philureâ

Moderatore

*Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo,
Experientissimo*

D. GODOFREDO WELSCHIO,

Phil. & Med. Doctore, Patholog. P. P. Facult. Med. Seniore,
Colleg. Maj. Princip. Collegiato, Academiae Decem-Viro,
Reipubl. Lipsiensis Physico Ordinario,

Dno. Praeceptore ac Promotore suo submisso

venerando

Publicae Symmystarum ventilationi sistet

CHRISTIAN-FRIEDERIC *Barmann*

Martisb, Art. Med. Baccalaureus,

Ad diem 14. Junij Anni M DC LXVII.

H. L. Q. C.

L I P S I A E,

Typis Viduae HENNINGI COLERI.

